DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICA
DE
CARDITIDE
QUAM
CONSENSU
ILLUSTRISSIMI MEDICORUM ORDINIS
IN CELEBERRIMA ACADEMIA FRIDERICIANA
HALENSI ET VITEBERGENSI CONSOCIATA
SUMMOS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA
HONORES
RITE CAPESSITURUS
DIE VIII. SEPTEMBRIS MDCCCXVII.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTIT

AUCTOR
GUST. LUDOV. HERTZBERG
CONARIENSIS.

PARS I.

HALAE
TYPIS GRUNERTI PATRIS FILIIQUE.

VIRO

DOCTISSIMO, CELEBERRIMO, LONGE PRAESTANTISSIMO

P. KRUKENBERG

MEDICINAE ET CHIRURGIAE DOCTORI,
PROFESSORI PATHOLOGIAE ET THERAPIAE EXTRAORDINARIO
IN ALMA FRIDERICIANA HALENSI ET VITEBERGENSI
CONSOCIATA

PRAECEPTORI

IN AETERNUM PIE COLENDO

NEC NON

VIRO

DOCTISSIMO, ILLUSTRISSIMO

SCHUMACHER

MEDICO CONARIENSIUM DILECTISSIMO, MEDICO REGIO

FOSSORUM ROTHENBURGENSIUM

FAUTORI

SUMME VENERANDO

HASCE

LITERARUM PRIMITIAS

PIA GRATAQUE MENTE

OFFERT

AUCTOR.

Quamquam valde vereor, ne libelli huius titulus, nimiae meae audaciae, arrogantiae fere lectoribus moveat ſuſpicionem, quum in arte medica novus, de morbo disſerere auſus ſim, qui per tot ſaecula latuit, tot viros egregios fefellit: non dubito tamen fore plerosque, qui animum meum nimis ardua forſan aggreſſum, corrigere potius et ſuſtentare velint, quam ſpernendo audaciam iuvenilem, eum delere. Non poſſum non fateri, me hancce diſſertationis materiam poſt deliberationes et haeſitationes ſat frequentes tandem elegiſſe, eique pro virili operam navaſſe et diligentiam; ſaepius tamen, quum obſtacula in opere ſuscepto obvia dolorem metumque mihi moverent, revocari oportuit iucunda memoria carditidis acutae, a me quum vix medicinam facere coepiſſem, feliciter cognitae et ſanatae, ut ſolatium viresque novas mihi afferret.

De inflammatione cordis prae aliis libellum concinnandum eſſe cenſui, quum virorum multorum eorumque clariſſimorum auctoritas bene mihi

perſuaderet, ex illa praeſertim omnes fere alios cordis morbos trahere originem. [1])

Pericarditidem aeque ac cordis ipſius inflammationem tractabo; nam pericardium, cordi nuptum, ſine iniuria ipſi deripi non poteſt, et celeberrimi de cordis morbis ſcriptores, inflammationes illas difficillime ſeu nullo potius pacto dignoſci, [2]) et aequalem curandi methodum ſibi poſcere, conſentiunt.

Multis mirum viſum eſt, tanti momenti morbum, qualis cordis inflammatio nunc a quovis medico habetur, multa per ſaecula, a tot tantisque viris paene fuiſſe neglectum.

---

1) Die Krankheiten des Herzens, ſyſtematiſch bearbeitet und durch eigene Beobachtungen erläutert von Dr. F. L. Kreyſig. Berlin 1815. Tom. II. pars I. p. 67.

Verſuch über die Krankheiten und organiſchen Verletzungen des Herzens und der groſsen Gefäſse, v. J. N. Corviſart; aus dem Franz. v. L. Rintel. Berlin 1814. p. 36.

2) Kreyſig l. c. T. II. p. 1. p. 182.

Corviſart l. c. p. 38 u. 39.

A. I. Teſta, über die Krankheiten des Herzens. Ein Auszug aus dem Ital. v. Kurt Sprengel. Halle 1813. p. 229.

John Ford Davis, Unterſuchung über die Symptome und Behandlung der Herzentzündung. Aus dem Engl. d. Choulant, Halle 1816. p. 34.

Non eſt vero, quod hac de re tantum mi remur. Nonne enim et nos in multis artis medicae partibus eadem premit caligo et ignorantia? Libros, de anatomia uti vocant pathologica conſcriptos, refertos videmus immenſa obſervationum farragine de maxime variis omnium humanarum partium vitiis; in compendiis autem ad pathologiam atque therapiam ſpectantibus, fruſtra plerumque illarum rerum commentarios quaerimus. Memor ſis velim caliginis, quae lienis, pancreatis omenti, peritonei morbos, praecipue chronicos, involvit, ita ut ſuſpicari liceat, omnes paene morbos, quos univerſales ſalutare ſcriptoribus libuerit, e peculiari cuiusdam partis vitio habere originem.

Licet perſuaſum mihi ſit, veteres cordis morbos eiusque praeſertim inflammationem ſuſpicatos potius eſſe, quam accuratius cognoviſſe, iis tamen adſentiri non poſſum, qui patres venerandos illius viſceris pathemata ne ſomniaviſſe quidem contendunt. Cuius iniuriae anſam praebuiſſe videntur loca quaedam, in veterum operibus conſcripta. *Plinius* [3]) e. g. ait: „Solum hoc viſcerum — ſc. cor — vitiis non maceratur nec ſupplicia vitae trahit.“

Alii, eodem modo opinati, cor aegrotare, et inflammari praeſertim non poſſe, quin ſtatim moriatur aegrotus, ulcera adeo, in cordis ſuperficie reperta, ſine ulla praegreſſa eius affectione, ex-

3) Plinii Hiſt. nat. lib. XI. c. XXXVII. pag. 204, edit. Baſil. MDLIV.

oriri putabant. Lymphae plasticae, in cordis superficie, exsudationes, originis naturam facile celantes, variis sub formis pro miraculis ipsis imposuerunt, ita ut e. g. sceleratorum corda villis pilisque obsessa narrarent. [4]) Attamen in antiquissimorum medicorum scriptis plura iam occurrunt dicta, de largiore apud eos morborum cordis cognitione testantia, ideoque digna quae accuratius enarrentur.

Omissis iam fabulis de phthisi cordi intus inhaerente, apud Aegyptios cadaverum dissectionibus detecta, [5]) ad *Hippocratem* pervenio, cui saepius fuit imputatum, negasse ipsum quemque cordis morbum. Patris Coi aphorismus, [6]) de absoluta vulnerum cordi inflictorum lethalitate, nihil valet ad probandam opinionem illam; nam medicus cautus quisque eandem prognosin pronuntiabit. Aliud Hippocratis dictum [7]) „ἐπεί τι πίῃ ἢ φάγῃ ὁ ἄν-„θρωπος, ὅτί ἐστιν αἱματῶδες ἕλκει μέν καὶ τὸ „σῶμα ἅπαν ἕλκει δε καὶ ἡ καρδίη τὸ αἱματῶδες ἐς „ἑωυτὴν. καὶ ἐπει πλέον εἰρύσῃ,; οὐ γίνεταί τῃ καρ-„δίῃ πόνος· στερεόν τε γάρ τι χρῆμα καὶ πυκνὸν

---

4) Valer. Max. lib. I. 8. §. 15.
Plin. l. c. lib. XI. Sect. 70. — Sect. 37.

5) Plin. l. c. lib. XI. cap. XXXVII. p. 204, edit. Basil. MDLIV.

6) Hippocr. Aphor. VI. 18.

7) Hippocr. de morb. lib. IV. X. p. 127, edit. v. d. Linden. L. B.

„ἐστιν ἡ καρδίη καὶ διὰ τοῦτο οὐ πονέει," perverſe ab nonnullis explicatum eſt.

Hocce „οὐ πονέει" ſignificare opinati ſunt: „cor non aegrotat, ſeu aegrotare non poteſt." Cogitandum autem forſan erit de doloribus in carditide circa cor obſcuris.

Alio in loco [8]) ait: Ἐν τοῖσι πυρετοῖσι περὶ τὴν κοιλίην καῦμα ἰσχυρὸν, καὶ καρδιωγμὸς, κακὸν, quod facile ad carditidem ſpectare videtur.

Differens de virginum morbis, [9]) quorum fontem in katameniorum anomaliis praeſertim latere aſſeverat, haecce pronuntiat: „ὕστερον δὲ τὸ αἷμα, „ξυλλείβετε ἐς τὰς μήτρας ὡς ἀπορυησόμενον. ὁκόταν „οὖν τὸ στόμα τῆς ἐξόδου μὴ εἴη ἀνεστομωμένον, τὸ „δε αἷμα πλέον ἐπιῤῥέῃ διά τε σιτία καὶ τὴν αὔξησιν „τοῦ σώματος, τηλικαῦτα οὐκ ἔχον τὸ αἷμα ἔκρουν, „ἀναΐσσεται ὑπὼ πλήθεος ἐς τὴν καρδίην καὶ ἐς τὴν διά- „φραξιν. ὁκόταν οὖν ταῦτα πληρωθέωσιν, ἐμωρώθη „ἡ καρδίη. εἶτα ἐκ τῆς μωρώσιος νάρκη. εἶτα ἐκ τῆς „νάρκης παράνοια ἔλαβεν. — ὁκόταν δε πληρωθεώσιν „ταῦτα τα μέρεα καὶ φρίκη ξυν πυρετῷ ἀναΐσσεται, „πλανήτας τοὺς πυρετοὺς καλέουσιν. ἐχόντων δε του- „τέων ὧδε, ὑπὸ μὲν τῆς ὀξυφλεγμασίης μαίνεται. ὑπὸ „δε τῆς σηπεδονος φωνέει. ὑπὸ δε τοῦ ζοφεροῦ φο- „βέεται καὶ δέδοικεν. ὑπὸ δε τῆς περὶ τὴν καρδιην „πιέξιος ἀγχόνας κραινοῦσιν. ὑπὸ δε τῆς κακίης τοῦ

---

8) Hippocr. Aphor. IV. 65.

9) Hippocr. περὶ παρθένιων. Tom. II. p. 365, edit. v. d. Linden.

„αἵματος ἀλύων καὶ ἀδημονέων ὁ θυμὸς κακον ἐφέλκε-„ται. ἕτερον δε καὶ φοβερα ὀλολύζει καὶ κελαρύζου-„σιν ἄλλεσθαι καὶ καταπίπτειν ἐς τα φρέατα καὶ ἄγ-„χεσθαι. ἅτε ἀμεινονα τε ἐοντα καὶ χρείων ἐξέχοντα „παντοίην.“ Nonne haecce ſymptomatum enarratio carditidis ſuſpicionem movere debet, praeſertim quum occurrerent in virginibus, menſtruorum perturbationibus afflictis? Bene enim ſcimus, illam evolutionis periodum facile hunc morbum provocare.

Porro: [10]) „ἣν ἡ καρδίη πνίγηται ὑπὸ ὑστερης, „καὶ θλίβεται, καὶ πνεῦμα ἔχει, καὶ ἄσθμα.“ — Deinde: [11]) „ὁκόταν δε ῥύσῃ, πυρετὸς ἀπ᾽ αὐτοῦ γί-„νεται ὀξυς, καὶ βὴξ ξηρὴ, καὶ πλήθώρη ἐν τοίσι „στήθεσι, καὶ ὀδυνη ὀξείη ἐν τοῖσι ἔμπροσθεν καὶ „ὄπισθεν, μάλιστα δε κατα τὴν ῥάχιν, ἅτε τῶν φλε-„βῶν τῶν μεγάλων διαθερμαιομένων. καὶ ἐμέουσιν ἄλ-„λοτε μὲν ὕφαιμον, ἄλλοτε δε, πελιδνόν. ἐμέουσι δε „καί φλέγμα καὶ χωλὴν καὶ ἐκψυχοῦσι πύκνα. ἐκ-„ψυχοῦσι δε δια τοῦ αἵματος τὴν μεταστασιν ἐξαπί-„νης γινόμενην. καὶ μάλιστα διασημαίνει τοῦτο, ὅταν „ἐπι τοῦ πλεύμονος ἐπιγενηται ἐρυσίπελας, καὶ τοῦ „πυρετοῦ ἔη συνεχης, ληψις. τοῦτω εἰ μὲν δύο ἢ „τρίων ἢ τετταρῶν το πλεῖστον ἡμερέων διαχύθῃ καὶ „μεταστη τὸ ἔνδον ἐς τὸ ἔξω ὑγιης γίνεται ὡς τα „πόλλα“ etc.

---

10) Hippocr. περὶ γυναικείων LXXX. p. 604, edit. v. d. Linden.

11) Hippocr. περὶ νοσεῶν, lib. I. XIII. p. 17.

— Denique:[12]) „Οἷσι δ' ἅπας ὁ πλεύμων φλεσμήνη „μετὰ τῆς καρδίης ὥστε τε προςπεσεῖν πρὸς τὴν πλευ-„ρὴν, παραλύεται πᾶς ὁ νοσέων καὶ κεῖται ψυχρόςτε „καὶ ἀναίσθητος. θνήσκει δὲ δευτεραῖος ἢ τριταῖος· ἢν „τε καὶ χωρὶς τῆς καρδίης ξυμβῇ, καὶ ἧσσον, πλείονα „χρόνον ζῶσιν. ἔνιοι τε καὶ διασώζον." — Ex iſtis omnibus mihi liquet, cordis morbos Patrem Coum minime latuiſſe, licet non ſim inſiciaturus, ipſum de idiopathica cordis inflammatione dubitaſſe, quum forſan cum caeteris ſui aevi medicis ambiguus haereret, annon tam infauſta nobiliſſimi viſceris calamitas, extemplo aegrotum enecaret. *Celſus*[13]) carditidem ignoraſſe, aliisque cum morbis confudiſſe videtur; nam morbi cardiaci deſcriptio apud eum legenda, ſimilior forſan eſt Anginae pectoris paroxysmis.

Galenus[14]) eryſipelata et inflammationes cordis in gladiatoribus ſaepius obſervavit, quos poſt ictus pectori inflictos, ſub ſyncoparum palpitationisque inſidiis, cita haud raro morte correptos refert. Antipatrum medicum chronico cordis morbo laboraſſe narrat.[15]) Pericardii hydropem ex analogia cum animalibus, apud homines quoque oc-

---

12) Hipp. κοακαι προγνωσεις. p. 561.

13) Corn. Celſi de Medic. lib. III. cap. 19. edit. ab Almeloveen.

14) Gal. de loc. affect. lib. V. p. 296—98, edit. Baſil. MDLVIII.

15) Gal. ibidem p. 295.

currere fufpicatus eft.[16]). Qua de re *Cl. Kreyfig*[17]) iniufte forfan contendit, *Galenum* carditidem minime cognoviffe. *Aretaeus Cappadox*,[18]) fyncopae caufas in cordis affectione quaerens, ex parte carditidis delineavit imaginem. Ait: „Qui hoc morbo „enecantur, figna praebent morbi cordis, pulfus „parvos, debiles, cordis ictus et fubfultus vehe„mentes, vertigines, fyncopas, torporem et para„lyfin artuum, fudores profufos, ftuporem univer„falem, aphoniam." — *Aretaeus* chronicos etiam cordis morbos, perfpectos habuiffe videtur; dicit enim loco quodam:[19]) ἢν δε ἡ καρδίη πάθη, οὔκοτε ἐς πολλὸν διαχρέσεις." —

Apud *Coelium Aurelianum*,[20]) fub nomine cardiacae paffionis plura ad rem meam fpectantia reperi.

Mentione facta cardiacae paffionis, quae vocabatur communis, cui ftomachi morbos adnumerandos effe cenfet, quum fubftantiam in ftomacho habeat et ore ventris: ad cardiacam paffionem propriam fic dictam transit, quae cum fudore fit atque pulfu imbecillo.[21])

---

16) Gal. ibidem p. 297.

17) Kreyfig l. c. T. II p. 68.

18) Aret. Cappad. de cauf. acut. lib. III. 2. p. 15.

19) Aret. Cappad. de cauf. diuturn. lib. I. cap. 11.

20) Coel. Aurel. de morb. acut. et chron. lib. II. cap. XXX — XL. p. 145 — 178, edit. Amftel. MDCCIX.

21) Coel. Aurel. l. c. lib. II. cap. XXX.

De caufis huius mali, in corde quaerendis, *Coelius* in ambiguo fuiffe videtur, ubi enim de loco praepatiente verba facit,[22]) hancce declarat fententiam: „Nos vero, cum ex Sorani iudicio to„tum videmus corpus in folutionem laxari, totum „neceffario pati accipimus: neque valde nobis de „praepatiente loco certandum eft, ne in occulta „quaeftione verfemur." De hominibus in cardiacam paffionem pronis et caufis antecedentibus huius morbi,[23]) haecce pronuntiat: „Fit autem ma„gis aeftatis tempore atque in viris potius quam in „mulieribus, et calidis atque iuvenibus corporibus, „vel habitudine plenis et exercitis. Sed praece„dentes caufae quibus haec paffio fufficitur, multae „atque variae funt: magis autem iugis indigeftio, „vel vinolentia, aut poft cibum lavacra aut poft „coenam vomitus, aut moeftitudo vel timor, in „quae confentiens corpus folvitur in fudores." — Quae omnia haud parum profecto carditidis origini favent.

Pergit *Coelius*:[24]) „Sequitur in paffionem pro„nos febris acuta atque celerrima et flammofa, pul„fus celer, denfus, humilis et quafi humectus toto „acceffionis tempore, aliquando etiam usque ad di„miffionem, ut etiam fi fervoris relevatio fuerit

---

22) l. c. cap. XXXIV.

23) l. c. cap. XXXI. p. 147.

24) l. c. cap. XXXII.

„quadam circumſcriptione collecta, non tamen ſi-
„mili profectu pulſus quoque erigi videatur, quippe
„cum magis ſui comparatione demerſior eſſe noſ-
„catur: aliquando etiam ut inordinatus occurrit,
„ſed non ita ut deficiens intelligatur, ſed celeritate
„coactus, implicatis ſaltibus, ordinibus careat et
„modo: Sequitur etiam faſtidium, ſitis immodica,
„ſomnus parvus et facilis in ſuſcitatione, halluci-
„natio, hebetudo, iactatio. Item genuum gelidus
„ſtupor, atque cubitorum et tibiarum, creſcente
„acceſſione vel usque ad eius finem. — At vero ſi
„iam fuerit praeſens, ſequitur aegros articulorum
„frigidus torpor, aliquando etiam omnium crurum
„vel manuum aut totius corporis; pulſus denſus, ce-
„ler, parvus, imbecillis, inanis et quaſi fluens;
„increſcente paſſione etiam demerſus, obſcurus,
„tremulus et formicabilis et inordinatus ac defe-
„rens; reſpiratio parva, anhela et inſuſtentabilis,
„et per profectum rara loquutio, ac tremula. Ora
„pallida, oculi concavi, thoracis gravedo debilita-
„tis cauſa, animi defectus imminentibus acceſſioni-
„bus." — Nonne iſta ſymptomatum ſeries omnia
ea exhibet, quae a celeberrimis noſtri aevi medi-
cis ut propria et pathognomonica carditidis ſigna
enumerantur? —

Addit *Coelius:* [25]) Deficiente ergo, viſus ob-
„ſcuritas, articulorum livor, unguium uncatio quam
„γρυπῶσιν vocant, et plurimis mentis integer ſen-

---

25) l. c. cap. XXXII. p. 149.

„ſus, quibusdam vero falſitas intellectus, cordis „ſaltus crebrior. Perniciofum etiam ſignum eſt in- „voluntaria lachrymatio." — Quae omnia ſagaciter annotata ſunt. Quam commemorat auctor, unguium uncatio, praecipuam animi mei attentionem ſibi vindicavit, quippe quae in memoriam revocabat praeceptoris mei pie colendi, *Cl. Krukenberg* exhortationem ſagacem, ut in aegrotis, cordis morbo laborantibus, unguium conditionem attento ſemper animo perſcrutarer. Ipſe enim in aegrotis talibus ungues ita deformatos obſervaſſe ſe narravit, ut uncatos eos nominare facile liceret. Haec res profecto digna eſt quae probe notetur. Nam ungues miſerorum, qui phthiſi pulmonali tabeſcunt, aliam quandam deformitatem fere ſemper oſtendunt. Declinantur nempe ungues ita ut avium ungulis ſimiliores reddantur. Declinatio iſta, maſſa quadam gelatinoſa ſub unguium radicibus effuſa perficitur. Summi foret momenti, ſi tale quoddam indicia nobis ſuppeditaret, ad ſtabiliendam morborum cordis diagnoſin. De pericardii inflammatione, veterum nonnullos cogitaſſe, *Coelius* declarat, aïens:[26]) „Praepati in cardiacis *Eraſiſtratus* et „*Asclepiades* cor dixerunt: Alii membranam quae „cor circumtegit."

Medicis illis de inflammatoria morbi indole bene perſuaſum fuiſſe videtur, quum venaeſectio-

---

26) l. c. cap. XXXIV. p. 154.

nibus ei mederi iuberent, qua de re *Coelius*, alia captus opinione, vehementer in eos invehitur. [27])

Coelius optime de arte medica meritus eſt deridendo medicos eos, qui paſſionem cardiacam nullo modo ſanari poſſe opinabantur. [28]) Attamen medendi methodus, ab ipſo ad profligandum morbum commendata, parum valet, iniuſte enim et incaute venaeſectiones ſpernit, atque immenſam medicam mentorum farraginem laudat, quorum plurima ſpectant ad ſupprimendos ſudores, in nonnullis prorumpentes. — Ex iſtis omnibus mihi liquet, *Coelium* cardiacae paſſionis nomine, multos morbos eosque varios tum cordis, tum aliarum partium complecti. Carditidem obſervaſſe quidem, parum vero perſpectam habuiſſe videtur, quum vehementer in eos invehatur: qui venaeſectionibus ipſi mederi ſuadebant, dicens: „Etenim phlebotomiam nihil iugulatione differre, ratio teſtatur.“ [29])

Paulus Aegineta [30]) dicit: primarium cordis morbum, ex inflammatione, vulnere aut vehementi dyscraſia oriundum, celerem ſemper contrahere mortem.

---

27) l. c. cap. XXXVIII. p. 171 et 177.

28) l. c. cap. XXXVII. p. 160.

29) l. c. cap. XXXVIII. p. 171.

30) Paul. Aegin. lib. III. c. 34. pag. 91, edit. Baſil. MDXXXVIII.

Artis medicae reliquiae, poſt aurea Graecorum Romanorumque ſaecula, denſa caligine circumfuſae, ab Arabibus excipiebantur, multumque tractabantur; attamen ob fautorum deſidiam nimiamque dictorum *Galeni* in eos potentiam, valde luxuriabant, erroribusque illatis ita ſcatebant, ut mera atque ſagax morborum cognitio proficere non poſſet. Cor neque doloribus neque ulceribus unquam corripi opinabantur. Solus fere *Avicenna* [31]) mentionem facit inflammationis, a caeteris partibus ad pericardium aut ad cor ipſum repentis.

Avenzoar [32]) de pericardii hydrope et ſuccis coagulatis ſub pellicularum cartilaginumque forma in hac membrana praecipitatis narrat, quibus luculenter apparet, ipſum cadavera diſſecuiſſe aegrotorum, pericardii aut cordis inflammatione enecatorum. —

Medii aevi medici de hoc morbo nihil ſcripſerunt.

Ioannes Arculanus, ſaeculo XV. Profeſſor Bononienſis, ſyncopen et pericula ex inflammatione pericardii et cordis oriunda, venaeſectionibus vincere iubet. [33])

---

31) Avicennae Canon. lib. III. fen. 11. tract. II. c. 1.

32) Avenzoar Theiſir. lib. I. tract. XII. cap. 7. fol. 19. b. edit. Venet. 1496.

33) Arculani expoſ. in libr. nonum Almanſor. p. 500, ed. Baſil. 1540.

Antonius Benivenius, in ventriculo cordis finiſtro viri cuiusdam, qui vehementi ſynocha cum anhelatione et pectoris oppreſſione intra triduum mortuus erat, callum invenit ad iuglandis magnitudinem accedentem.[34]) Morbus ille ſine dubio carditis fuit.

Saeculo XVI., poſteaquam *Veſalius* cordis ſtructuram optime enucleaverat: *Rondelet* primus huius viſceris inflammationem accuratius deſcribit, quam rarius occurrere, et a nemine antea obſervatam eſſe contendit.[35]) In pericarditide eadem ac in pneumonia ſymptomata adeſſe mitiorem tamen anhelationem aegrotum vexare minusque e ſputis auxilium percipi affirmat. Iuvenis cuiusdam nobilis, hoc morbo enecati cor ſero et ſanie circumfuſum reperit.

P. Salium Diverſum[36]) et *Foreſtum*[37]) pericardii inflammationem bene perſpectam habuiſſe, eiusque ſymptomata accuratius adnotaſſe, concedit.

Georgius Bertini[38]) de carditide pauca monet.

---

34) Beniven. de abdit. morb. cauſ. obſ. LXXI.

35) Meth. curand. morb. L. B. 1575. cap. 10. p. 185.

36) De curat. partic. morb. cap. VI. p. 247 ſeq. edit. Bonon. 1564.

37) Obſerv. lib. XVII.

38) Medic. lib. XII. cap. II. p. 322, edit. Baſil. 1587.

Donatus Antonius ab Altomari[39]) fyncopen e primariis cordis vitiis, inflammatione praefertim, originem trahere dicit.

P. Salius Diverfus[40]) mediaftini et pericardii inflammationem atque fuppurationem egregie defcribit. Ait: „Adeft acuta febris, anxietas, fitis, „refpiratio denfa ac celer, ingens in thorace fer„vor, doloris nihil fere in fterno, quo in loco „molefta potius anguftia et interclufio quam in fpi„rando dolor fentitur. Tuffis nunquam abeft, pul„fusque ut in pleuritide durus eft. Tamen a pleu„ritide diftinguitur ex eo quod dolor non ita acu„tus percipitur, a Peripneumonia quod multo mi„nor eft fpirandi difficultas. Ubi acceflerit Peri„cardii inflammatio, vehementior calor et frequens „fyncope et ut uno verbo dicam, omnia deteriora „fubfunt." — Poft mortem, mediaftinum et pericardium inflammata reperta funt. — Pericardium faepius vidit ulceratum.[41]) Morbum illum venaefectionibus et catharticis antiphlogifticis faepius debellatum refert.

In collectaneis *Ioannis Schenk a Graffenberg*,[42]) fub nomine pleuritidis incoctae et fine fputo, haecce enarratur obfervatio: „Arduinus ab

---

39) Ab Altomari de med. corp. hum. mal. cap. LIV. LV. p. 424—441, edit. Lugd. 1560.

40) l. c.

41) l. c. cap. VII. p. 256.

42) Obferv. med. rar. nov. ed. Frcft. 1600. p. 399.

„ſtagno, patricius Arelatenſis, iuvenis annorum vi-
„ginti, pleuritide incocta lateris ſiniſtri Lutetiae
„correptus, nullo procedente ſputo, et pro deplo-
„rato a medicis habitus, graviſſimis et prope le-
„thalibus obortis ſymptomatibus, ſpirandi ſumma
„difficultate, cum ſublimi vocato ſpiritu, virium
„defectione, inappetentia ſumma, vigiliis et animi
„deliquiis, ſuperveniente die decimo quarto co-
„pioſo alvi fluxu et multos dies perſeverante, prae-
„ter omnem ſpem atque exſpectationem Dei gra-
„tia ſervatus fuit." Equidem perſuaſum habeo, iu-
venem illum carditide potius cum ſplenitide com-
plicata quam pleuritide laboraſſe; carditidis enim
ſigna pathognomica fere omnia aderant, tuſſis vero
et ſputa, pleuritidi peculiaria minime obſervaban-
tur. — Aliam ibidem [43]) legimus obſervationem
medici cuiusdam Moguntiaci Traffelmann, de febre
acuta cum hepatis inflammatione complicata. Poſt
mortem ſubito irruentem, praeter veſtigia hepati-
tidis praegreſſae, in dextro cordis pariete reperta
eſt veſica, ſanguine atro repleta.

Hipp. Albertini de cordis morbis praeclara
multa tradidit in Commentariis Bononienſibus, qui
mihi in promtu non fuerunt, ut ex iis, quae ad
rem meam ſpectarent, mihi vindicarem.

Riverius [44]) obſervabat in puella quatuordecim
annorum, febrim acutam vehementem, cardialgias,
pul-

43) l. c. ibid. p. 270.

44) Obſerv. Cent. I. obſ. 87. p. 490, ed. Lugd. 1679.

pulſus intermittentes, pectoris anguſtias, dolores lateris ſiniſtri, oppreſſionem, ſitum dextrum valde moleſtum, ſyncopas, tuſſim, poſt aliquantum temporis ſputa ſanguinea. In mortua vidit pleuram cum pericardio et diaphragmate concretam, pulmones et cor alba, cor ipſum ſuppuratione tantopere deſtructum, ut faſciculi muſculares ſinguli extrahi poſſent. Quis eſt qui dubitet, puellam carditide laboraſſe? —

Malpighius narrat: „Quidam crebro cordis „dolore ſequente ſyncope corripiebatur. Tandem „accedente febre acuta e medio tollitur. Cada„vere aperto in apricum veniebat ulcus in corde, „alias concretionibus polypoſis ſcatente.“ — Vid. Ant. Scarpa Tab. Neurol. ad illuſtr. hiſt. anat. etc. p. 4. §. XVIII.

Zacutus Luſitanus [45]) plures refert obſervationes de pericardii ſuppuratione, quam ſyncope, cordis palpitatio, pulſus duri et parvi praeierant.

In cadavere, a *Hildano* [46]) diſſecto, cor reperiebatur inflammatum; in pericardio fluidi mixti et extravaſati quantitas, quatuor librarum modum excedens; aeger aliquamdiu ante mortem de dolore praecipue querebatur, e cordis regione ad humerum ſiniſtrum adſcendente, de tuſſi vehemente ac cordis palpitatione. —

---

45) Prax. admir. lib. I. obſ. 128.

46) Fabr. Hild. obſ. chir. Cent. I. 43.

Bonetus [47]) haecce refert: „In Britone quo„dam in Collegio Triquetico iacente, inflammatio „cordis palpitationem induxit.“ —

„Quidam [48]) acuta febre prehenſus eſt, cum „thoracis incendio, cordis tremore, pulſu duro et „inaequali. Sectio a morte palam fecit, adfuiſſe „pericardii inflammationem. Quidam [49]) in flore „aetatis acuta febre prehenſus eſt, quam comita„batur ſitis ingens, anxietas, thoracis incendium, „ſyncope, animi deliquium, cordis tremor. Tri„duo e vita ſublatus eſt. Sectio poſt mortem pa„lam fecit, fuiſſe pericardii inflammationem letha„lem, nam tota fere membrana livida et rugoſa re„perta eſt, multisque in partibus aſperitudines mi„liares nigrae apparuerunt.“

Obſervationes nonnullae de cordis et pericardii inflammatione, cum aliarum partium morbis complicata, ad rem meam non pertinent. Accedit haecce carditidis verae obſervatio: „Agricola, „plauſtri onuſti ruinam in ſe paſſus, de doloris „ſenſu in pectore conqueſtus eſt: aliquot elapſis „diebus febre corripitur ardente cum aſthmate, de„lirio, vigiliis ſibi mutuo ſuccedentibus, ſiti ma„xima, genarum rubore et Leipothymia; die XI. „vitam finiit: aperto cadavere pericardium ſcatens

47) Boneti, ſepulch. anat. lib. II. Sect. 8. obſ. 2.

48) l. c. Sect. 9. obſ. 17.

49) l. c. Sect. 10. obſ. 13.

„pure ſanioſo repertum (a praegreſſa inflammatione) „cui velut immerſum cor."

I. Freind [50]) ſagaciter monet, pericardii ad cor adhaeſionem, ex inflammationibus praegreſſis reſiduam, pluribus occaſionem praebuiſſe dicendi: „Corda ſe vidiſſe pericardii prorſus expertia."

Prudenter addit: „certe membranae huius coa„litio res multo probabilior eſt quam eiusdem ab„ſentia. Hanc vidiſſe me memini eius craſſitudinis „per univerſum ambitum, ut quartam pollicis par„tem exaequaret, cordique adeo firmiter haeren„tem, ut ſine laceratione nullo modo divelli po„tuerit; inflammationem praeceſſiſſe manifeſtum „erat, nam ea partim ſcirrho induruerat, partim „ſcatebat minutis abſceſſibus. In homine, per ali„quod tempus magna fuerat virium imminutio; tum „febris ſupervenit, cum vehementi in ſpirando dif„ficultate, ac dolore pectoris. Poſtea, dolores „erant magis per univerſum corpus diſperſi, in „artubus praeſertim febris etiamnum inhaerentibus „reliquiis: iuxta finem morbi, pulſus perpetuo in„citatus, ſaepius etiam inaequalis et intermittens „deprehenſus eſt, cum violenta palpitatione. Tan„dem aeger inopinanter, idque uno temporis mo„mento exſpiravit; tamen aperto thorace, rem at„tentius conſiderantibus magis mirum apparuit, cir-

50) I. Freind Hiſt. Med. a Galeni temp. usque ad init. Saeculi XVI. Lat. conv. a I. Wigan. L. B. 1784. p. 246.

„culationem eo usque continuari potuiſſe, cum vix „locum, in quo moveri poſſet, cor haberet: prae„terquam quod et in arteria pulmonari et in ſini„ſtro cordis ventriculo ingens eſſet polypus, qui „originem fortaſſe primario pericardii morbo de„buerat.“

Lieutaud[51]) plures enarrat obſervationes de pericardii inflammatione, quam praeierant febris acuta, ſitis, ſumma anxietas, reſpiratio difficilis, dolor acutus in anteriore pectoris parte, cordis palpitatio, ſyncope frequens, pulſus accelerati, inaequales. — Pericardium ad cor agglutinatum repertum eſt.[52]) — Cordis ipſius inflammationem etiam obſervavit:[53]) Virgo viginti annorum, ultimis vitae temporibus ſuppreſſione menſium laborabat. Acceſſerunt reſpiratio difficilis, tuſſicula, febricula, dolores pungitivi circa ſcapulas, anxietates, appetitus proſtratus et tumor pedum, donec tandem repentina inflammatio, cum ſubſequente vomituritione et ſubitanea denique ſuffocatione, miſeriae finem impoſuiſſet. Cor reperiebatur materia adipoſa flaccida obductum, pericardio agglutinatum. — In aegroto, qui reſpiratione difficili, anxietatibus, praecordiorum oppreſſione, febre irregulari inter-

51) I. Lieutaud Hiſt. anat. med. ſiſt. numeroſiſſ. cadav. humanor. extiſpic. etc. Paris 1767. obſ. 669 et 670.

52) l. c. obſ. 695.

53) l. c. obſ. 469. 470.

emtus eſt, cor reperiebatur cruſta quadam villoſa obductum, qua paſſim pericardio annectebatur.

Mentionem quoque facit gangraenae cordis, e carditide oriundae. 54)

Morbus quidam, eryſipelas pulmonum a *Lommio* 55) denominatus, pro carditide erit habendus.

Ait *Lommius:* „Eryſipelate etiam pulmo capi ſolet. Tum febris oritur longe ardentiſſima dolorque ante et retro acutus, maxime circa ſpinam, tametſi pectus non aeque grave et anguſtum eſt: ſpiritus erecta cervice trahitur, et prae ardore aeger veluti equus a curſu, nares expandit et linguam ut aeſtuans canis exerit: vomitus fit modo ſubcruentus, modo lividus, idemque alias bilem et pituitam trahit; adeſt etiam frequens (quod familiariſſimum huius morbi ſignum eſt) animi defectio: tuſſis vel ſicca eſt, vel flavum ſputum trahit non multum imbutum ſanguine. Illud malum citiſſime ac fere ſemper hominem tollit. Evadere aliquis poteſt, ſi deſertis interioribus, foras verſum eryſipelas eſt."

Cullen 56) hunc morbum ad carditidem referendum eſſe cenſet. Viri huius praeclariſſimi equidem ſequor ſententiam, licet perſuaſum mihi ſit, hunc morbum pro carditide cum hepatis forſan aut ſplenis inflammatione, complicata eſſe haben-

54) l. c. T. II. p. 33.

55) Lommii obſerv. lib. II. p. 137.

56) Synopſ. noſol. meth. gen. XIII. ſpec. I.

dum. Argumenta vero, a clariſſimo Anglo *Davis*, in ipſius de carditide monographia[57]) contra Cullenii ſententiam prolata, commovere me non potuerunt, ut *Cullenii* partes relinquerem. Idem autem morbus iisdem fere verbis a *Hippocrate*[58]) deſcribitur.

Ruyſch[59]) obſervabat poſt carditidem quae doloribus vehementiſſimis in anteriore pectoris parte febreque continua aegrum vexaverat, cordis inflammati faciem externam aſperam, cum pericardio paſſim concretam.

Kerkring[60]) reperit in homine, qui morbo acuto febrili enecatus erat, cordis ſubſtantiam nigram, pericardium tumidum, craſſum.

In egregio *Morgagnii* libro,[61]) multa legi poſſunt, quae ad rem meam ſpectant; nonnulla ex iis relaturus ſum. De cordis palpitatione doctiſſime diſſerit, propriis multis, aliorumque medicorum obſervationibus fretus, eiusque cauſas in pericardii ad cor adhaeſione, ex inflammatione originem trahente, quaerendas eſſe docet.[62]) Peri-

57) l. c. p. 12 et 13.

58) περὶ νοσεῶν lib. I. XIII. p. 17. ed. v. d. Linden.

59) Theſaur. anat. VI. n. 36. n. 1.

60) Specil. anat. Amſtel. 1670.

61) Io. Bapt. Morgagni de ſed. et cauſ. morb. per anat. indag. libr. V. cum praef. Tiſſot. Ebroduni in Helv. 1779.

62) l. c. Ep. XXIII. 21.

cardium tum phlogofi uti vocat affectum, tum inflammatum vidit. [63])

Peripneumoniae adnumerat cafum quendam, [64]) quem equidem pro carditide potius habendum effe cenfeo: „Mulier ex peripneumonia nec fine pulfuum inaequalitatibus mortua erat. Pulmones compactam ut in hepate fubftantiam habebant: pericardium autem multam aquam. Cordis exterior facies primo afpectu corrofa maximam partem videbatur: nec erat tamen; fed inaequales concretiones, ipfi adhaerentes id mentiebantur; quibus tamen nullo negotio amotis, extima cordis membrana laevis et integra fe oftendit. Interiori quoque faciei pericardii adhaerebant concretiones aliae a prioribus prorfus feiunctae, fed eiusdem generis." — Subita morbi lethalitas, pulfuum inaequalitas, cordis et pericardii poft mortem conditio meam forfan fententiam fuftentabunt, licet non fim inficiaturus, pulmonum inflammationem eodem tempore fuum feciffe ad enecandam aegrotam. — De multis aliis pericardii vitiis uberrimam obfervationum copiam tradidit. [65])

Caveamus monet, [66]) ne pericardii ad cor

63) l. c. Ep. XLV. 16. — Ep. VII. 11.

64) l. c. Ep. XXI. 2.

65) l. c. Ep. IV. 19. — V. 19. — VIII. 5. — XXX. 7. etc.

66) l. c. Ep. XXIII.

undique adhaesio, ipsius absentiam mentiens, nos fallat.

De genuina et idiopathica ipsius cordis inflammatione, paucas tantummodo offendi observationes, quod minime mirum mihi videbatur, quum neminem fugiat, rarius illam observari.

„Vir [67]) annos natus quinquaginta, cum multis antea diebus a peripneumonia liber evasisset, rursus in thoracis incidit morbum. Nam praeterquam quod de siti et inani tussi querebatur, in sinistrum latus cubare non poterat. Quotiescunque enim hoc tentabat, paulatim se id latus versus convertendo, quo magis convertere se pergebat, eo magis sentiebat, imminere animi defectionem: quam ut vitaret, ad supinum aut ad oppositum redibat situm. An febricitaret, ex pulsu coniicere non licebat, quippe qui minime percipiebatur. Mortui pericardium inventum est valde dilatatum materiaque purulenta multo diluta sero completum. Cor vestiens membrana valde erat crassefacta. Ex hac ad pericardium duae solidae et firmae productiones ferebantur, singulae cylindri forma, crassi et brevis ligamenti instar, cor valide ad pericardium annectentis. Altera prope auriculam dextram enata, secundum horizontem in pericardii anterius latus pergebat, altera autem ab ipso cordis mucrone ad mucronem pericardii.“

---

67) l. c. Ep. XXIV. 2.

Carditis, aliis cum morbis complicata, frequenter [68]) a *Morgagnio* obfervata, hoc loco mei non intereft. Immortalis ille, obfervationes permultas egregias nobis reliquit de variis vitiis chronicis in corde repertis, quorum originem ex inflammatione praecedente nemo profecto negabit.

Trecourt hiftoriam carditidis epidemicae narrat, quam ipfe obfervaverat. [69]) Erat hic morbus cum fymptomatibus peripneumoniae vehementis, orthopnoea. rara refpiratione, fiti clamofa, hydrophobia, dolore in regione cordis idem confodente, naufea, palpitatione, pulfu depreffo, oculis lacrymofis triftibus, lingua arida nigra, fanguine phrenitico; morbus erat contagiofus, feptem diebus terminabatur; anatomia denatorum oftendit cordis fubftantiam ulcerofam, pericardium accretum. — Mirum quidem eft et memorabile, cordis inflammationem more epidemico graffatam effe; nuspiam enim talem obfervationem invenimus.

Attamen *Davis* [70]) in errorem incidiffe videtur, quippe qui contendit, morbum illum a Trecourt obfervatum, carditidem non fuiffe (quod epidemice graffatus fit), et pro peripneumonia eum haberi iubet, quum haec epidemicam faepius affu-

---

68) l. c. Ep. XVI. 40. — XX. 35. 36. Ep. LIII. 29. XVI. 17. 43.

69) Diar. med. 1755.

70) l. c. p. 24.

mat naturam. Equidem vero non intelligo, qua de re carditis non aeque bene ac peripneumonia, epidemice graffetur, licet rarius hoc fiat.

Morbum illum a *Trecourt* defcriptum, re vera fuiffe carditidem, mihi dubium non videtur. Quum res ifta digna eft, quae accuratius exploretur, ipfa Trecourtii [71] verba lectoribus offero:

„Anno p. Ch. n. MDCCXLVI, milites in oppido Rocroy febre corripiebantur acuta, quam comitabatur refpiratio difficilis, fitis ardens, hydrophobiae fymptomata. Prae aliis conquerebantur aegri de dolore atroce, continuo, in regione cordis, de naufea perpetua. Sanguis miffus inflammatorius erat. Morbus contagiofus, plerumque iam ante diem feptimum aegrotos e vita tollebat. Aegrotorum permultorum, qui tribus fere menfibus, per quos epidemica illa febris faeviebat, in nofocomio auxilium quaerebant, vigefimus quisque mortuus eft.

„Cadavera omnia diffecanda curabam, ut caufas et naturam illius morbi luculentius perfpicerem. In mortuis omnibus reperiebatur cor plus minusve ulceratum, in finiftro cordis ventriculo, fanguis grumofus, coagulatus."

Obfervatio I. „Miles quidam, iter faciendo defatigatus, ut vires recuperaret, in nofoco-

71) Trecourt, chir. Abhandlungen und Wahrnehmungen. Aus dem Franz. von Jof. Eyerel. Leipzig 1777. S. 304 — 306.

mium adducebatur. Die tertio febre illa correptus, feptimo mortuus eft. Pericardium oppletum apparuit pure faniofo, peffime olente, vifcido; cor paffim ulceribus obfeffum, quorum unum paulo infra auriculam finiftram, fatis magnum erat ad excipiendum ovum columbinum, cordis apex induratus, pulmo uterque fanguine refertus, finifter cum pleura concretus."

Obfervatio II. „Quidam, die morbi quinto mortuus erat. Pericardium, firmiter cum corde concretum, vix ope fcalpelli ab eo feparari potuit; univerfa cordis fuperficies ulcerofa; in finiftro cordis ventriculo fanguis coagulatus, pulmo dexter gangraena corruptus."

Obfervatio III. „Quidam die quinto, morbo illo interemptus eft. Pericardium, cordi agglutinatum, duorum pollicum fpatium in cordis apice liberum linquens, pus foetidum continebat; ubi pericardium cordi adhaerebat, materia multa glutinofa inveniebatur, aëre liquefcens, ut fole nives."

„Quae hucusque enarrata funt, probant, inflammationem ne cordi quidem pepercifse, alias enim cor neque ulcerari nec pericardio agglutinari potuiffet."

„Quum fuccorum infpiffatio, praecipua huius morbi caufa effe videretur, diluendo fanguini prae aliis operam dabam, quod affecuturum me effe, haecce remedia fpem mihi fecerunt:" Ratione habita fymptomatum plus minusve gravium, quovis

bihorio venam fecari iubebam: poft venaefectiones quatuor aut quinque inftitutas, aqua cinnamomi cum tartaro ftibiato propinabatur. Poftquam mittendo fanguinem, vafa erant liberata, porrigebatur emeticum, quod commotionem partium folidarum et fluidarum tam falutarem faepius provocabat, ut aegroti multi, antequam vomitum cieret emeticum, multo melius fe haberent."

„Aegrotorum in vomendo nixus, fortiter intrudebant aër in pulmonum veficulas, ita ut materies vifcida, veficulis illis, minimisque bronchiorum ramulis inhaerens, divelleretur, eiiceretur, fanguis refrigeraretur, fyftema nervorum commoveretur."

„Quae medendi methodus, totum femper praeftabat auxilium cuivis aegro, primis viginti quatuor horis in nofocomium allato; neglectus ab initio per triduum morbus, remedia omnia deludebat."

„Sumebantur porro potus diluentes, refolventes, tertio quoque die cathartica; dofes quaedam pulveris temperantis cum pauxillo Camphorae, et ptifanae, quibus nitrum fuerat adiectum."

„Alvi eiectiones follicitabantur clysmatibus fimplicibus, emollientibus. Poft quintum aut feptimum morbi diem, fperare licebat, fore, ut aeger felix evadat; aegroti, quibus die fecundo medicorum auxilium deerat, difficillime fanati funt; qui die tertio praeterlapfo nofocomium petebant,

omnes mortui ſunt die quinto, ſexto aut ſeptimo.“ Sic *Trecourt.* —

Febres tales epidemicae, cordis inflammationem ſecum habentes, ſaepius forſan occurrunt, malignitatem autem, ex nobiliſſimi illius viſceris infauſta affectione oriundam, aliorum ſymptomatum turbâ facile celant. Eiusmodi obſervationem de febre epidemica, quae homines multos in claſſe Ruſſica enecabat, quorum corda, luculentiſſima inflammationis praegreſſae oſtendebant veſtigia, narrat *Dickſon.*[72]) — Idem fere dicit *Kreyſig,*[73]) quum declarat, febrium acutarum malignitatem, de qua medici tam frequenter conquerantur et ignorantiae ſolatium petant, ſaepius profecto oriri e cordis et vaſorum inflammatione. Truculenta illa epidemia typhi petechialis, quae annis 1813 — 1815 magnam Europae partem populabatur, hic viciniae ſaltem, cum carditide frequenter complicata fuiſſe videtur; multi enim, qui illo tempore mortem effugerunt, chronico exinde cordis morbo laborarunt, quo ſenſim ſenſimque tabeſcunt. Hoc igitur ſenſu dicere licet, dari carditidem epidemicam.

Caſum egregium carditidis acutae, a *Haſenöhrl* (Laguſio) primo narratum, reperi in praeſtan-

---

72) The Edinburgh Med. and Surg. Journ. Vol. XII., for the year 1816. p. 158 ſq. — p. 164.

73) l. c. T. II. p. 72.

tiſſimo *Scarpae* libro: [74]) „Quidam iuvenis novemdecim annorum, poſt quoddam infortunium moerore confectus, de cordis dolore et thoracis anguſtia querebatur. Cum praevio horrore in febrem acutam incidit. Pulſus explorabatur durus, et celer: urgebat ſpirandi difficultas; ſitis erat intenſa cum anxietatibus, inquietudine, et dolore cordis perpetuo. Semper cogitabundus noctes ducebat inſomnes. Sexto morbi die lypothimia prehendebatur, et ſeptimo interiit. Viſcera abdominalia, non ſecus ac pulmones, ſana, et plane inculpata reperiebantur; ſed pericardium puris libram ſemis continebat. Eius facies interior cruſta quadam ſubpurulenta obducta cernebatur. Cor ipſum parvum et compreſſum, quaſi piloſum ſimili pſeudomembrana veſtitum comperiebatur."

Habes iam morborum cordis obſervationes plurimas, multifarias, quae tamen paſſim disperſae, ſaepiusque portentorum adinſtar enarrantur.

Opus peculiare maius, ad morbos cordis proxime ſpectans, ad medium Saeculum XVIII. usque, in lucem editum non fuit. *I. Pt. de Senac* primus omnium concinnavit eiusmodi librum [75]) valde

74) Tabulae Neurol. ad illuſtr. hiſt. anat. nervor. cardiac., noni nerv. cerebri, gloſſopharyngaei et pharyngaei ex octavo cerebri. Auctore Ant. Scarpa. Ticini MDCCCIV. p. 4. §. XVIII.

75) Traité du coeur et de ſes maladies. 1748. (1778). A. d. Franz. Leipz. 1781.

egregium, qui omnibus palmam praeripuit. Quae de pericardii cordisque inflammatione in eo leguntur, paucis tradam. —

„Abſceſſus, puſtulae, ulcera, plerumque in cordis ſuperficie offenduntur, nec tam frequenter occurrunt. Inflammationes autem, quarum ſcriptores rarius faciunt mentionem, longe ſaepius adſunt quam illi opinantur. [76]) — De morborum cordis diagnoſi, in ambiguo eſt auctor, [77]) eruere tamen eam iubet morbi decurſu, pulſuum qualitate, morbi ſymptomatibus, cauſis praegreſſis et tempore. [78])

De variis pericardii vitiis ex propriis aliorumque obſervationibus differens, loquitur etiam de adhaeſione pericardii ad cor, [79]) cuius tamen cauſas, in praegreſſa inflammatione ſine ullo dubio quaerendas, nondum cognoviſſe videtur. — Obſervationem tradit memoratu dignam, de anteriore pericardii parte, in tabulam oſſeam ponderis unciarum ſeptem mutata. Obſervationes plures de adhaeſione pericardii ad cor, enarrantur. [80]) Quarum una, inflammationis chronicae, tam pericar-

---

76) l. c. deutſche Ueberſ. S. 21. 22.

77) l. c. p. 22 ſq. — p. 25.

78) l. c. p. 30 – 33.

79) l. c. p. 61 — 69.

80) l. c. p. 64 ſq.

dii, quam cordis, clariora exhibet veſtigia: [81]) „Quidam, plures impetus pleuritidis perpeſſus, anxietate denique correptus eſt, quam cita inſequebatur mors. Cordis motus vehementiſſimus quidem, ſinguli tamen ictus fere percipi non potuerunt, niſi coſtis latiori ſpatio compreſſis. Cor maius reperiebatur, quam eſſe ſolet; eius motibus reluctatum erat pericardium anguſtum, incraſſatum, fere carnoſum; interior eius facies obtecta erat fibris, holoſerico ſimilibus, firmeque adglutinata ad latam partem ventriculorum cordis; praeterea inter pericardium et cordis ſuperficiem ligamenta expandebantur numeroſa, albicantia, tres lineas longa, variae paſſim craſſitudinis.“

Pericarditidem a cordis inflammatione dignoſci poſſe, contendit. [82]) — Febris acuta vehemens, ſitis ardens, pulſus duri, dolores in regione ſterni, oppreſſiones et ſyncopae, praecipua pericarditidis ſunt ſymptomata. [83]) Si nullus cordis tremor, pulſusque non tam parvi adſunt, ſuſpicari licet, inflammationem cordi ipſi peperciſſe. — Remedia antiphlogiſtica, contra pericarditidem citiſſime et fortiſſime adhibenda ſunt. [84]) Obſervationes proprias de pericardii inflammatione, *Senacus* non offert;

81) l. c. p. 66 et 67.

82) l. c. p. 70.

83) l. c. p. 73.

84) l. c. p. 75.

fert; attamen malum illud re vera obfervavit, licet pro affectione pleuritica haberet; dicit enim:[85]) „Poft febres pleuriticas faepius reperi pericardium incraffatum, materia quadam puriformi repletum. Saepius faccus ille plane deftructus offendebatur.“

Praeterea, ubi *P. Salii Diverfi* de pericarditide relata refert,[86]), haecce addit: „Similem ego quoque obfervavi morbum; quum febre acuta, cum pulfibus intermittentibus et urina iumentofa, poft triduum mortuus erat aegrotus, pericardium materia craffa obductum inveni, fub qua inflammationis veftigia apparuerunt.“ —

Pericarditis mitior, hydropem pericardii provocare valet.[87]) — Ad cordis ipfius inflammationem perveniens, plura mònet. Quamquam fufpicari quis poffit, cor ob fabricam mufculofam rarius inflammari, faepius tamen hoc fieri, bene declarat, et fententiam defendit obfervationibus de aliorum mufculorum inflammatione, et quod tela cellulofa fafciculis cordis mufcularibus interiecta, ad inflammationem proclivis fit.[88]) Internam praefertim cordis faciem inflammationi obnoxiam effe, fagaciter annotat, licet caufae, e quibus hanc rem

85) l. c. p. 70.

86) l. c. p. 72.

87) l. c. p. 92.

88) l. c. p. 140.

explicare ftudet, pro veris non fint habendae.[89]) *Cl. Kreyfig*[90]) accuratius hanc rem indagavit, et luculenter demonftravit, membranam cordis intimam, quae ferofis membranis et tunicae arteriarum internae praecipue comparanda fit, frequenter inflammatione corripi.

In errorem incidit *Senac*, quippe qui opinatur,[91]) materiam illam albam, qua poft febres pleuriticas fuperficies ventriculorum cordis obducta appareat, effe lympham, vehementi cordis actione per eius parietes transfudatam. Facile enim liquet, virum doctiffimum in diagnofi erraffe, ita quidem, ut cordis inflammatio pro pleuritide ipfi imponeret. — Pneumonia et mediaftini inflammatio facillime cum carditide coniunguntur; quibus morbis praegreffis, *Senac* cor vidit deftructum.[92]) — Quidam,[93]) quadraginta quinque annos natus, dolorem acutum fentiebat, in latere finiftro, ubi fternum cum diaphragmate iungitur. Per dies tres aut quatuor fymptomata mitiora; diei quinti nox crudelis fuit, dolores atrociores, fputa tarda. Quae exacerbatio (redoublement), quum per horas quin-

89) l. c. p. 141.

90) l. c. Tom. I. p. 28. 104. 145. 149 fq. — Tom. II. p. 86—88 fq.

91) l. c. p. 142.

92) l. c. p. 144.

93) l. c. p. 146 et 147.

que vel ſex detrimentum aegro attulerat, reſpiratio et ſputa liberiora redierunt, usquedum nox proxima eadem ſymptomata revocaret, quibus aeger ſuccubuit. Pulmo ſiniſter apparuit inflammatus, materia alba tectus. Mediaſtinum et diaphragma ſana. Pericardium, graviſſime afflictum, valde dilatatum, ſcatebat materia alba, puriformi, fere lactea. Hoc pus e ſuperficie cordis ulceroſa, calloſa, tuberculoſa proveniebat. Partes interiores ventriculorum cordis nulla alienationis veſtigia oſtendebant; auriculae ſanae, ſolito craſſiores videbantur." —

Abſceſſus cordis, aeque ac illi in caeteris corporis partibus, ſemper e cordis inflammatione oriuntur. [94]) Inflammationes cordis valde occultae incedunt; dolor, alias eas indicans, in corde fere nunquam percipitur; omnium ſymptomatum ſyndrome, indicia nonnulla ſuppeditabit. [95]) Inflammationes cordis, vehementiores ſaltem, ſemper lethales ſunt. [96]) Eadem iis opponenda ſunt remedia, quae contra caeteras inflammationes adhibentur; celerius tamen et audacius adminiſtrari debent, quia omni mora pericula creſcunt. —

De multis aliis cordis pathematibus, praeclara multa in libro ſaepius laudato leguntur.

---

94) l. c. p. 151.

95) l. c. p. 160 et 161.

96) l. c. p. 163.

Paulo poſt editum *Senaci* librum, Vir celeberrimus, *J. F. Meckel*, commentarium de cordis morbis ſummopere egregium concinnavit, quem in Actis Academiae regiae Literarum et liberalium Artium Berolinenſis, [97]), poſteris traditum reperies. — Primo mentionem facit adhaeſionis pericardii ad cor, cuius originem ex praegreſſa affectione inflammatoria parum reſpicit; etenim cum caeteris ſui temporis medicis ei favet opinioni, cohaeſionem illam anomalam oriri e liquore lymphatico, ope caloris, preſſionis, retardationis et inſpiſſationis, in filamenta mutato. [98]) —

Deinde obſervationes plures de pericardiis cordi agglutinatis enarrantur, quarum unam, [99]) propriis auctoris verbis referam: „Une femme robuſte et ayant de l'embonpoint, d'une mediocre ſtature, et dont le corps étoit bien formé, devint enceinte dans le cours de ſa vingt et unième année, ſ'étant toujours aſſez bien portée jusques-là. Pendant le cours de ſa groſſeſſe elle ſe plaignit d'angoiſſes et de tourmens continuels dans la region du coeur, étant pour l'ordinaire pâle, et ayant la reſpiration un peu embarraſſée. On at-

---

97) Hiſtoire de l'Acad. Royale des Sciences et belles Lettres. Année MDCCLV. Tom. XI. p. 56—85. et Année MDCCLVI. Tom. XII. p. 31—65.

98) l. c. Bd. XI. p. 58.

99) l. c. p. 69—71.

tribuoit ces fymptômes à l'expanfion de l'abdomen caufée par la groffeffe, et l'on ne foupçonnoit aucun autre mal. Le 29. Decembre 1754 elle fentit les douleurs de l'enfantement; et quoiqu' angoiffée, elle eut pourtant une couche affez promte et heureufe. Mais bientôt après, étant encore au lit comme accouchée, fes angoiffes augmentèrent exceffivement, les vuidanges f'arrêtèrent; on les fit revenir par le fecours des lavemens, mais avec un furcroît d'angoiffe; comme le pouls étoit dur et tremblottant, on ordonna la faignée, qui procura à la malade un foulagement de quelques heures, au bout desquelles revinrent la frequence, l'inégalité, la dureté, et les tremblemens frequens du pouls, avec un tel tourment d'entrailles, qu'elle n'eût pas un moment de relâche, et tomba dans un état défefperé. La faignée fut reïterée, et encore fuivie de quelque repôs par le relachément des fymptomes fusdits; mais le fang tiré de la veine, ne fe coagula point de la manière ordinaire, la ferofité ne f'en étant point feparée; il reffembloit à une maffe de bouillie, gelatineufe, tremblante et bleuâtre, quoiqu'à la première faignée le fang eut encore été naturel. Les angoiffes ne cefsèrent plus, ou plustôt elles f'accrurent fi fort, avec le tremblement, l'inégalité et l'intercadence du pouls, que le 31. Decembre la malade fut dans des fueurs froides continuelles. Une diarrhée colliquative l'épuifoit en même tems, de forte que le pouls f'étant affoibli de plus en plus, tandis que

ſa frequence augmentoit, et des ſpasmes avec le hocquet ſ'y étant joints, elle ſuccomba, et le premier jour de l'année 1755 fut le dernier de ſa vie."

„Disſection anatomique: Il n'étoit pas difficile de juger qu'il y avoit ici quelque choſe cachée, d'un ordre particulier; une mort ſubite et des ſymptomes auſſi violens, ne pouvant venir naturellement à la ſuite d'une couche naturelle et facile, après laquelle il n'y avoit eu aucune ſuppreſſion. Il n'y avoit donc que la disſection anatomique qui put mettre ſous les yeux la cauſe de cette mort violente. On y proceda, et ayant commencé par l'ouverture de l'abdomen, on examina les viſceres, ou tout étoit tans un tel état de perfection, que je ne crois pas avoir jamais vû ces parties, ſans en excepter la rate, dans un état auſſi naturel. Je m'attachoit donc à conſidérer ſoigneuſement l'uterus, pour voir ſ'il contenoit quelque défaut qui fut la cauſe du mal."

„L'uterus encore au deſſus des os pubis, étoit contracte jusqu'au tiers de la grandeur totale, que lui donne l'état de groſſeſſe; on n'y voyoit aucune inflammation, mais il étoit naturel, d'un rouge pâle, et ſa tunique fibreuſe repliée formoit à la ſurface des rayes blanchâtres."

„Il n'y avoit non plus aucun ſigne d'inflammation interieure dans ſa cavité; mais les embouchures des vaiſſeaux artèriels qui étoient demeurés depuis la ſeparation d'avec le placenta, ne permettoient pas, à cauſe de leur extrème peti-

teſſe, de faire la moindre injection, qui paſſât par eux jusqu'à l'uterus, au lieu que dans toute la ſubſtance de l'uterus l'injection de ces vaiſſeaux ſe fit à un très-grand degré de ſubtilité etc."

„Cela me fit juger que la cauſe que je cherchois, devoit exiſter dans le thorax; mais je fus bien ſurpris, après l'avoir ouvert, de trouver les poûmons parfaitement naturels de toutes parts etc.; — L'ouverture du pericarde me mit tout d'un coup au fait et ne permit pas de douter à quelle cauſe il falloit attribuer, tous ces ſymptômes. En effet cette membrane tenoit ſi fortement de toutes parts à la ſurface du coeur, par des fibres celluleuſes rougeâtres, qu'il ne reſtoit pas le plus petit eſpace, comme cela devroit naturellement arriver. Il y avoit cependant des fibres plus fortes et plus compactes, qui lioient la ſurface plane du coeur avec le pericarde; et vers la pointe elles étoient d'une extrème denſité: leurs interſtices étoient remplis d'une ſeroſité rougeâtre et viſqueuſe. Le coeur même avoit ſes cavités pleines de ſang grumeleux, et les veines étoient gonflées de ſang; mais pour les artères, elles étoient vuides, ou du moins il n'y reſtoit qu'une très petite quantité do ſang ſéreux." —

Haud facile dubitandum erit, quin puerpera illa, enecata ſit inflammatione acuta, accedente ad chronicam, iam dudum inſidias parantem. — De cordis et pericardii inflammatione, eiusque veſtigiis, poſt mortem in partibus illis repertis, prae-

clara multa narrantur. [100]) Veniam rogare oportet, uti me iterum ipfiffimis *Meckelii* verbis:

„Une jeune homme [1]) robufte de 22 ans, fentoit des douleurs aiguës dans la région du coeur, et des angoiffes, qui ne lui permettoient pas de vacquer à fes travaux accoûtumés. La fiévre furvint, qui étoit accompagné d'un pouls dur et fréquent. Les faignées reïterées, non plus que les remèdes refolvens, ne lui apportèrent presque aucun foulagement, parcequ'étant d'une baffe condition il avoit fouffert fes douleurs pendant quinze jours, avant que d'entrer à l'hôpital, qu'il ne demanda que lorsque la violence du mal l'y contraignit. Le mal parut alors fe relâcher un peu, mais les angoiffes ne tardèrent pas à fe renouveller, et fûrent toujours en croiffant jusqu'à ce que le fixième jour de fon entrée à l'hôpital et le vingtième de la maladie, il mourut én fe plaignant toujours de douleurs poignantes à la région du coeur."

„Ayant entrepris la disfection de ce cadavre, je ne trouvois aucune léfion dans les vifcères de l'abdomen; leur ftructure étoit au contraire dans l'intégrité la plus parfaite. Mais ayant ouvert le thorax, le péricarde inflammé fit voir fes petits vaiffeaux tout gonflés de fang. Quant aux poû-

---

100) l. c. T. XII. p. 31—45. obf. IX—XIII.

1) l. c. obf. IX. p. 31 et 32.

mons, ils étoient dans un état assez naturel, excepté que leur vaisseaux étoient trop remplis de sang, ce qui en augmentoit le poids spécifique. En ouvrant le péricarde, je trouvois en dedans un coeur, qu'on pouvoit néanmoins séparer avec assez de facilité. Mais tout autour du coeur il y avoit une croute épaisse qu'on avoit plus de peine à en détacher que du péricarde. Celui-ci étoit aussi enflammé en dedans, mais le coeur l'étoit beaucoup davantage, et quand le pus eut été enlevé, la stagnation fit paroître sa surface inflammatoire rouge, rongée, et depouillée de sa tunique exterieure, comme est la peau, lorsque l'inflammation et la suppuration l'ont écorchée. Outre ce pus épais il n'y avoit point d'autre fluide semblable à la liqueur naturelle du péricarde. Je soupçonnois que la suppuration avoit endommagé la substance musculeuse du coeur, de sorte qu'ayant enlevé avec circonspection la croute de matière du coeur, je me préparois à découvrir les fibres musculaires; mais je les trouvois encore couvertes d'une graisse assez abondante, sous laquelle elles étoient cachées: cependant la tunique extérieure du coeur n'étoit pas étendue sur cette graisse, dont à cause de cela la surface étoit inégale; et à la place de cette tunique les vaisseaux inflammés, et comme enduits de pus, avoient formé un réseau rougeâtre Les oreillettes se trouvèrent aussi dans le même état. Ayant donc enlevé la graisse des fibres du coeur partout, je trouvois qu'elles étoient pâles jusqu'à

la cavité intérieure des ventricules fans la moindre inflammation, ni aucune trace de pus; de forte que leur ftructure étoit plutôt lâche que roide et dans un état de contraction.“

„Un vieillard [2]) de foixante quatre ans, affez robufte pour fon âge, mais qui avoit fait de grands excès de vin pendant fa vie, fe plaignit quelques jours avant fa mort d'angoiffes fans aucun autre fymptôme. On lui trouva le péricarde rempli de deux livres de pus blanc, et le coeur tout entier avec les oreillettes couvert d'une croûte purulente et tenace de deux lignes d'épaiffeur. Sous cette croûte la furface du coeur étoit écorchée et enflammée, mais je le trouvois environné partout d'une graiffe que l'inflammation rendoit rouge. Le coeur même étoit pâle dans fa fubftance mufculeufe, ayant fes cavités remplies d'un fang denfe, à la réferve du ventricule poftérieur, qui contenoit une petite quantité de fang polypeux blanc.“

„En disféquant [3]) un jeune homme de 26 ans, robufte, extremement grais et réplet, mort fubitement fans aucune douleur précédente, et qui peu de jours après fa mort étoit dans une grande putréfaction, je trouvai le pericarde abondamment rempli de pus blanc, et le coeur même écorché, par la fuppuration et entouré de beaucoup de graiffe

2) l. c. obf. XI. p. 41.

3) l. c. obf. XII. p. 41 et 42.

molle dans un état d'inflammation. La ſubſtance muſculeuſe des deux ventricules étoit tout à fait relâchée et dénuée de ſang. Dans les veines le ſang étoit disſous, mais l'aorte contenoit une coagulation blanche et polypeuſe, ſemblable à un cuir."

Obſervationum praeſtantia, ſedula disquiſitio atque accurata et ingenua repertorum deſcriptio, impedient profecto, quo minus prolixior earum enarratio taedium moveat lectori.

Gerhard van Swieten [4]) de pericardii inflammatione nonnulla diſſerit, atque frequentius hunc morbum occurrere aſſeverat quam plurimi credant. Cauſae praegreſſae placent: aër frigidus, potus gelidus magno hauſtu ingeſtus ab homine vel a labore vel calore aëris admodum aeſtuante. Signa autem praecipua huius morbi ſunt: tales cauſae praegreſſae, aeſtus magnus circa thoracem medium, doloris pleuritici abſentia, pulſus perturbatio, animi deliquia. Ob complicationem huius morbi cum paraphrenitide et pleuritide, mira peſſimorum ſymptomatum ſyndrome apparet. Prognoſin in pericarditide peiorem pronuntiare iubet ob cordis viciniam et velociſſimam hic humorum circumductionem. De pericardio inflammato, cordi undique firmiter adhaerente, bene monet, hanc rem *Co-*

4) Gerh. van Swieten, Comment. in H. Boerhaave Aphor. de cognoſcend. et curand. morb. Hildburgh. 1765. Tom. III. §. 913. p. 78 — 80.

lumbo [5]) aliisque anatomicis, pro pericardii abſentia impoſuiſſe.

De cordis ipſius inflammatione nihil omnino, atque proprias de utroque morbo obſervationes nullas apud eum reperire potui.

G. van Swieten doloris pleuritici abſentiam pathognomonicis pericarditidis ſignis adnumerat; alii contra ſcriptores, frequentem illius doloris praeſentiam, tanquam difficilioris diagnoſeos cauſam accuſant.

Allen [6]) ſagaciter monet: „Veriſimillimum eſt, medicos interdum hallucinari, inflammationem cordis cum pneumonia confundentes; aequum eſt enim, ut ſupponamus, cor inflammatione tentari, ſecus vix credibile eſt, ſuppurationes et ulcera ibidem exiſtere niſi praeeunte inflammatione. Dies melius docebit.“

Apud *Huxhamum* [7]) legitur diſſertatio memorabilis de polypis, qui ex nautarum, ab India occidentali Plymuthum proxime revertentium, ibique morbo quodam epidemico frequenter morientium, cordibus extrahebantur. Nonnulla e diſſertatione illa ad verbum reddam, antequam meam hac de re declarabo ſententiam: „Tempeſtate ma-

5) de re Anat. lib. XV. p. 265.

6) Syn. art. 560.

7) Io. Huxhami Opera phyſico - medica — cur. Reichel. Lipſ. 1764. Tom. II. Pars II. p. 50 — 53.

xime ficca frigidaque menfis Februarii et Martii anni 1742, nautarum varii, navibus bellicis ab India occidentali advecti, tuffi brevi, importuno, afthmatico absque ulla exfcreatione afficiebantur. Aderat violenta et fere continua cordis palpitatio, cum perpetuo intermittente, tremulo, formicante pulfu et perpetua anxietate, dolore et cordis lapfu (finking of the heart) prout appellabant; — fpiritum maxima cum difficultate trahebant et vix lectulo iacere absque fuffocatione poterant. Humeris quafi innitebantur capita et facies erat pallida et triftis."

„Lateris dolore affligebantur nonnulli, licet vix ulla appareret febris. Plus quam viginti homines tali modo verfus menfis Martii finem, brevi temporis fpatio e vivis tollebantur, licet fanguinem detrahendo, vomendo, veficatoria applicando, attenuando diluendoque omnis adhibebetur cura et opera. Quo facto, ut bina mortuorum quadraginta circiter annorum, cadavera mox diffecarentur, imperabat Dom. *Wyatt*, chirurgus nofocomii primarius, non minus egregius, quam cantus practicus. Quorum quolibet in corde polypos reperiens monftrofos, ea directe propriam in domum reportabat, mihique omnem rem referebat, ubi cuncta follicite disquirebamus."

„Polyporum color fatis prope ad colorem accedebat corii in fuperficie fanguinis ex corporibus fumma pleuritide vel rheumatismo affectis emiffi penitusque frigefacti effecti, vel potius eo

erat albidior. Valde erant tenaces atque variis laminis arctius inter ſe connexis compoſiti videbantur, quanquam ſparſim vena quaſi ſanguifera erat interſperſa. Non carneis ſolum columnis cordis firmiter adhaerebant, ſed usque ad intercolumnia quoque vel ſulcos progredientes his non minus quam ipſi ventriculorum fundo fortiter inſerebantur. Quae radices ſi ita nominare licet, erant albidiores quam polypi corpus.“

„Polyporum alter unciae pondus aequabat, ramis in arteria pulmonari atque cava excluſis, ſed prouti ex auricula et ventriculo dextro eximebatur; erat enim maſſa continua utrisque fortiter adhaerens. Cordis ex ventriculo ſiniſtro extractus polypus non minus inſignis, et multo firmior et compactior quam is dexter, aſt eiusdem omnino erat coloris atque ventriculi lateribus usque ad cordis mucronem firme inhaerebat. — Eius rami ſatis late per ſubclaviam et carotides diffundebantur arterias — aſt parum valde per aortam. Valvularum aortae ſemilunarium alteram oſſeam reddi, obſervabam, etc.“ —

Equidem plane perſuaſum habeo, fuiſſe hunc morbum febrem ſynocham vehementem, cum affectione cordis inflammatoria, et lubenti animo confiteor, ſequi me hac in re clariſſimum *Kreyſig*, [8]) qui hunc morbum ei carditidis varietati ad-

---

8) l. c. T. II. p. 137 — 139.

numerat, quam ipſe *polypoſam* ſalutat. Eſt nempe carditis iſta polypoſa inflammatio cordis atque arteriarum, quae evaneſcit, ſimulac ope exſudationis ex partium illarum membrana intima, ſubſtantiae pſeudoorganicae polypoſae propullularunt. [9]) Verba haecce *Huxhami:* „Lateris dolore affligebantur nonnulli, licet vix ulla appareret febris," contra me nihil valent. Febris enim profecto aderat, aeſtu autem atque pulſuum celeritate manifeſta eſſe non potuit, quum circulatio tantopere coërceretur. —

Addit praeterea *Huxhamus:* „Denique annotandum eſt, antea memoratas naves a calidiore in valde frigidum clima medio hiemis tempore et quidem aquilone diu et perpetuo ſpirante atque frigus ipſum inſignem in gradum augente in portum perveniſſe etc." Quae omnia violentas inflammationes facillime provocare, neminem fugit.

Epidemico more morbum illum nautas corripuiſſe, non eſt quod miremur, quum omnes iisdem potentiis nocentibus expoſiti fuiſſent, quumque iam *cl. Trecourt* carditidis epidemicae hiſtoriam tradiderit. —

Eraſmus Darwin[10]) dicit: „Carditis, ſeu cordis inflammatio, pulſus ſecum habet inaequales,

---

9) l. c. p. 107.

10) Zoonomie, a. d. Engl. von Dr. I. D. Brandis, Hannov. 1797. Vol. II. Cl. II. 1. 2. p. 362.

intermittentes, palpitationem cordis, dolores medio fub fterno, vomitum continuum. A peripneumonia difficillime discernitur; femper forfan cum ea complicata eft." Vomitus a nullo fere alio inter carditidis fymptomata enumeratur.

Macbride [11]) eadem fere de carditide pronuntiat, vomitus tamen mentionem non facit.

Cullen [12]) carditidis imaginem ita delineavit: „*Carditis.* Pyrexia, dolor in regione cordis, anxietas, fpiritus difficilis, tuffis, pulfus inaequalis, palpitatio, fyncope." — Idem alio loco declarat [13]) inflammationem pericardii acutam, femper cum pleuritide complicatam, fignis certis rarius ab ea discerni, eamque ob rem minime peculiarem medendi methodum fibi pofcere, fed iisdem indigere remediis, quae pleuritidem vincere queant.

Ex hocce *Cullenii* dicto detrimenti quid capere poterunt aegroti, carditide, aut pericarditide laborantes. Ut enim omittam, dari idiopathicam eamque vehementem et funeftam inflammationem cordis et pericardii, fine ulla complicatione cum pleurae affectione, illud tantum moneo, non facile

11) Syftem. Einleit. in die theor. und prakt. Arzneikunde, durch Dav. Macbride. A. d. Engl. Leipz. 1773. II. p. 691.

12) W. Cullen Syn. nofol. method. gen. XIII.

13) Anfangsgründe der prakt. Arzneiwiffenfchaft. A. d. Engl. Leipz. 1778. Bd. I. p. 242.

cile quempiam esse negaturum, cordis aeque ac pericardii inflammationes medendi methodum longe severiorem, et prae aliis venaesectiones largas ac audaces vehementer sibi poscere, ne aegri vita periclitetur. Medici, cl. *Cullenii* sententiae faventes, febre et doloribus in regione cordis, praesertim si pulsus tangantur inaequales, intermittentes, haud facile commovebuntur, ut tam audaces instituant venaesectiones, quales morbus sibi vult; satisfacient ipsis mitiores sanguinis missiones, aegrotorum vero mors subita et inopinata, medici errorem ulta, luctum ei iniiciet et terrorem.

Sagar [14]) carditidis imaginem splendidis quidem, at veris tamen coloribus delineavit: „Carditis, adest dolor constans sub sterno in regione cordis, urens, flammam vitae extinguens cum palpitatione, frequentibus animi deliquiis, pulsu iam magno, duro per momenta, iam parvo, frequente, inaequali, inordinato, intermittente; febre acuta typhode et anxietatibus; cor manu tenentes aegri, fugitivis oculis et mille iactationibus agitati sibi comburi illudque mori queruntur, clamant; mei aegri nihil de sanguine extussiebant!“ — Symptomata peripneumoniae peculiaria, hac in descriptione bene omittuntur.

Max. Stoll [15]) ait: „Ipsius cordis inflammatio

---

14) Syst. morb. II. p. 368.

15) Aphor. de cognosc. et curand. Febr. Vindob. 1786. p. 81. §. 248.

noſcitur: 1) ex ſignis generalibus febris inflammatoriae, 2) ex aeſtu et dolore obtuſo preſſivo circa cor cum anxietate, iactitatione, ſyncope, pulſu debiliſſimo, accelerato, vacillante, mire vario. Praeceps malum, ſubinde mihi viſum et ſecto cadavere demonſtratum."

Maiore hunc morbum gaudere malignitate, quam pleuritis et mediaſtini inflammatio bene monet; eademque methodo, qua pleuritidem ſiccam, eum vincere iubet.[16])

Daniel:[17]) „Carditis, Phlegmaſia cordis, dolor punctorius ſub ſterno, palpitatio cordis; anxietates continuae; animi deliquia frequentia, pulſus parvi, frequentes, inaequales: pyrexia, aliquando hydrophobia." — Hydrophobiam, in carditide iam a cl. *Trecourt* obſervatam ſupra annotavi; eandem *Vogel* inter carditidis ſymptomata enumerat, dicens: „Cordis inflammatio, ſymptomata fere ut in peripneumonia, ſed graviora, dolor vehemens in regione cordis, palpitatio, pulſus frequens ac inaequalis, hydrophobia an ſemper?"

I. Bapt. Burſerius:[18]) Pericardium etiam, imo cor ipſum per ſe et ſeiunctum inflammatur interdum. Quod ubi incidit, praeter dolorem et an-

16) l. c. §. 245 et 246.

17) Syſt. aegritud. p. 111.

18) Inſtit. med. pract. Lipſ. 1786. Vol. IV. p. 104.

xietatem, aeger patitur frequentes lipothymias atque ingentes aeſtuationes, febrem acutiſſimam, ſitim ardentem imo ardentiorem quam in pleuritide et peripneumonia. Pulſus ſunt celerrimi, vehementes, inaequales et quandoque intermittentes."

G. Fordyce[19]) discernit pericarditidem a carditide. Pericarditis: dolor profundior, inſpirando non tantopere auctus quam in pleuritide.

Carditis: pulſus parvi, irregulares, intermittentes, anxietas eximia, ſyncopae, cita aegroti pernicies.

Gregory[20]) pericardii inflammationem ita deſcribit: Dolores in regione cordis, reſpiratio difficilis, moeſtitia, anxietas, palpitatio cordis, pulſus irregulares, ſyncope (fainting).

Walter[21]) de cordis morbis commentarium ſcripſit. Corda villoſa, ſpinoſa, hirſuta, uti appellantur, oriri putat ex liquore pericardii inſpiſſato, coagulato; praecipuum antem fontem, nempe inflammationem praegreſſam, omittit. —

De aliis nonnullis cordis morbis locutus, ad

---

19) Elements of the practice of Phyſic. p. 248.

20) Elements of the practice of Phyſic. Lond. 1774. Sect. 309. p. 154.

21) Sur les maladies du coeur, in den Nouveaux Mémoires de l'Acad. Roy. des Sc. et Belles Lettres. Année MDCCLXXXV.

pericardii et cordis inflammationem transit, dicens: „La dernière et la plus importante caufe des maladies du coeur eft l'inflammation, tant du coeur même que du pericarde etc. Cependant ces inflammations ne laiffent pas d'être rares. Je crois donc devoir produire l'exemple d'un cas. C'eft le coeur et le péricarde d'un homme d'environ 40 ans, qui, depuis quelques années, fouffroit de très grandes angoiffes. Il étoit de fon métier un faifeur de projets, cherchant à gagner fa vie en compofant ou en copiant toutes fortes de repréfentations et de requêtes, et faifant même des voyages avec fes cliens. Il étoit précifément fur le point d'èntreprendre un femblable voyage de la campagne à Berlin, pour y exécuter un petit projet, lorsqu'il fut furpris dans une auberge de Berlin, après une nuit fort inquiete, par les douleurs les plus cruelles, au fort desquelles il mourut. J'ouvris fon cadavre pour en faire moi-même l'examen. C'étoit un homme d'une ftature moyenne; les parties folides de fon corps étoient fort relâchées, et le corps étoit plutôt maigre que grais. Ayant ouvert la poitrine, je trouvai les poumons en affez bon état. Mais le péricarde étoit fort épais et rude au toucher; fes vaiffeaux fanguins étoient très élargis, et en général il paroiffoit fort inflammatoire. Auffitôt que je l'eus ouvert, il en fortit quantité de pus jaunâtre, mêlé avec du fang; et l'on put alors voir que le coeur étoit tout entouré de petites lames de matière purulente. Plus

je détachois de ces lames, et approchois du coeur même, plus celui ci ſe montroit raboteux; et comme on peut le rémarquer dans ce deſſin, le coeur étoit rongé dans pluſieurs endroits, le pus ayant pénétré ſa ſurface, et ſ'étant inſinué profondément entre les fibres muſculeuſes du coeur, dont il en avoit détruit pluſieurs. Cette déſtruction avoit particulièrement attaqué le ventricule antérieur, qui paroiſſoit non ſeulement fort raboteux, mais qui avoit été tellement amolli et rongé, qu'il ſ'y étoit fait deux grands trous, que de ſemblables couches d'un pus épais bouchoient, empêchant par là que le ſang ne pût entrer du ventricule antérieur dans le péricarde. Le péricarde avoit ſes vaiſſeaux fort élargis, et il étoit devenu ſi épais, que dans pluſieurs endroits cette épaiſſeur alloit au delà de deux lignes: la cavité intérieure, qui eſt ordinairement toute unie, étoit raboteuſe, et abondamment garnie de petites lames purulentes.“

Subita aegroti exſtinctio, anxietatibus et doloribus atrociſſimis una nocte irruens, et ſedula cadaveris disquiſitio luculenter oſtendunt, hominem illum inflammatione cordis acutiſſima e vivis ſublatum eſſe, licet ob anxietates, quas per annos quosdam paſſus erat, ſuſpicio oriatur, chronicam cordis affectionem iam diu ipſius vitae inſidias feciſſe. Homunculus iſte, ob vitae genus frequentibus animi perturbationibus et vino plus forſan quam par fuit, indulgens, talem morbum facile ſibi contrahere potuit.

Stoerck[22]) hunc carditidis casum narrat: „Mulier viginti quinque annorum ex aëre calidiore in frigidissimam se conferens, horrorem patiebatur et dolores pungentes in latere sinistro, calorem ingentem, sitim vehementem. Accedebant respiratio difficilis, palpitatio cordis, calor immensus in sinistra thoracis parte. Vires evanescebant, pulsus tangebantur parvi, artus frigebant; anxietate et syncope accedentibus, mortua est die sexto. Pulmones rubri, sanguine turgidi, inflammati? Interna pericardii facies corrosa, suppurata; cavum pericardii pure repletum; anterior cordis facies profunde suppurata; basis fere gangraenosa; aortae initium ad pollicis fere latitudinem suppuratum.“

F. L. Bang[23]) haecce de carditide pronuntiat: „*Carditis. Inflammatio cordis.* Symptomata et signa praeter febrilia communia, sunt dolor in regione cordis, pulsus intermittens, anxietas, palpitatio, tussis nulla. Eventus rari huius morbi ob nobilitatem affecti visceris utplurimum lethalis est; morbum hunc apud mortuos detectum vid. Diar. 1783. Febr. Nr. 4. et 1784. Octob. Nr. 6 et No. 7; nonne sanatus fuit in exemplo Diar. 1786. Iul. No. 5.?“ [24])

---

22) Ann. med. secund. p. 92.

23) Prax. med. syst. expos. etc. Auct. F. L. Bang. Hafniae 1789. p. 181.

24) Selecta Diarii Nosocomii Regii Friederic. Hafn. — Auct. F. L. Bang. Hafniae 1789. loc. cit.

„Curatio instituenda est per methodum solitam antiphlogisticam, potissimum venaesectiones largas et repetitas" — Quum casus illi, in diario enarrati non respondeant semper carditidis descriptioni vixdum relatae, equidem casus illos ipsius auctoris verbis hic tradam, ut lecturus quisque propriam instituat comparationem. Etenim medicum tam excelsum in iudicium non revocabo, usquedum rem ipsam lectorum oculis obiecerim.

1. *Diar.* 1783. *Febr. No.* 4.: „Foeminam 26 annorum febre continua iam octiduo laborantem cum oppressione medii pectoris, tussi, sputo quandoque sanguineo, dyspnoea insigni, pulsuque tenso, curare studui quinquies mittendo sanguinem, qui erat phlogisticus, camphoratis, vesicatoriis in pectore; morbus tamen increvit cum intolerabili situ in dorso, et demum biduo ante mortem, quae diem morbi decimum octavum finivit, reliquis symptomatibus iunctus erat dolor pectoris sinistri. Aperto abdomine, cuius dolor haud adfuerat, invenimus intestina tenuia passim inflammata et glandulas mesenterii induratas; ambae thoracis cavitates largam seri copiam continebant, pulmo sinister erat inflammatus; ventriculus cordis sinistri etiam inflammatione laesus videbatur, dexter autem crusta alba puriformi obductus. Carditidem hanc vivente aegrota me ignorasse nec quidem suspicatum fuisse, sponte profiteor, vix tamen ideo rite neglecta fuit medela utpote quae magis gradui quam sedi inflammationis accommodari debet. Collectum in

pectore ferum merito inflammationis effectus habendum eft partim ex irritatione et confirictione vaforum abforbentium, vel forfan potius ex impedita fanguinis circulatione in vafis inflammatis eiusdemque ideo maiori affluxu ad vafa exhalantia, derivandum.

II. *Diar.* 1784. Octbr. No. 6.: Scabie per unguentum a mercurio praecipitato rubro paratum exficcata, vir 26 annorum mox fenfit dyspnoeam iam tribus feptimanis durantem fat notabilem cum raucedine, tuffi ficca, molefta, tumore oedematofo unius cruris et reliquo corpore emaciato; quaecunque ad fcabiem revocandam adhibita remedia fruftranea erant, verum allata fymptomata increverunt, tuffis demum reddebatur humida cum fputo partim fanguineo, partim purulento, intercurrenteque vomitu; his tumores haemorrhoidales valde dolentes etiam iungebantur, extremitates inferiores magis magisque intumuerunt, inquietudo et anxietas erant notabiles, aegrotum ad fitum erectum cogentes, quibus miferiis ad fummum gradum provectis advenit optata mors. In aperto cadaveris abdomine inveniebantur ferum nonnullum fpiffum, flavefcens, omnia inteftina, tam tenuia quam craffa admodum contracta, inprimis colon transverfum, tenuia praeterea paffim inflammata, hepar folito durius, inprimis illius lobus dexter, vafa meforecti folito magis turgida et confpicua, atque ipfius huius inteftini tunicae rubrae; pectoris cavitas finiftra ferum largum fpif-

fum, flavefcens continebat, pulmo ipfe inflammatus erat; pulmo dexter, coftis ubique per filamenta membranacea firmiter annexus, eiusque fubftantia multis et magnis tuberculis fcirrhofis erat conferta; pericardium reperiebatur fero flavefcenti vifcido repletum eiusque interna fuperficies inflammata, cor ipfius magnum et inflammatum, inprimis ventriculus dexter. Similitudo liquoris in cavitatibus cadaveris reperti cum matéria in puftulis fcabiofis contenta, fere extra dubium ponit hanc ipfam fuiffe quae poft retrogreffum topico mercuriali effectum, apud partes internas depofita inveniebatur quaeque vi acrimoniae et fpiffitudinis reliquas detectas vifcerum laefiones, tam obftructionem, quam inflammationem non poterat non procreare; indurationi autem hepatis fine dubio ex eadem caufa ortae, plenitudinem vaforum haemorrhoidalium, eorumque tumores moleftos adfcribere fas eft."

III. *Diar.* 1784. *Octbr. No.* 7.: Dolore cardiae et medii pectoris conftanti admodum gravi, ad dorfum extenfo, ab ingeftis infigniter increfcenti cum refpiratione difficillima, decubitu horizontali impoffibili, iam novem diebus laboraverat puella 13 annorum, ob fummos cruciatus et inquietudinem difficulter allata fymptomata indicare valens; de caufa eiusdem nihil nobis cognitum reddebatur; pulfum inveni celerem, tenfum alvumque rite apertam; quinque adhuc diebus in nofocomio vixit haec mifera cum indefinente lamenta-

tione, inquietudine et dyspnoea ad lethalem demum gradum adaucta. Aperto defunctae abdomine totum hepar folito magis rubrum et durum inveniebatur, quoad fuperficiem convexam crufta tenui mucofa obductum et mediante illa diaphragmati agglutinatum, incifa eiusdem fubftantia largum fanguinem fluidum fundebat; glandulae mefenterii erant induratae; in thorace cellulae mediaftini anterioris ferum fpiffum multum continebant; ambo pulmones intermediis craffis, numerofis filamentis membranaceis tam firmiter ad coftas accreti, ut fine fubftantiae dilaceratione feparatio non fieri poffet; in pofteriore parte utriusque cavitatis ferum largum fanguineum continebatur, pulmones ipfi erant obfcure rubri; pericardium in tota circumferentia cordi erat continuum et tam arcte annexum, ut nullibi absque laefione cordis feparari potuerit; membranae huius vifceris etiam folito craffiores erant. Haud mirum eft, enormem hanc ipforum vitalium vifcerum laefionem maximos quos noftra patiebatur cruciatus intuliffe; inprimis autem anxietatis infignis gradus, et in praefente et in praegreffo aegroto obfervatus, cordi ipfi, apud utrumque afflicto, imputandus eft, ideoque in pofterum fub concurfu fimilium fymptomatum pro figno vix incerto talis caufae mihi inferviet."

IV. *Diar.* 1785. *Iul. No.* 5.: „Quaedam dolorem patiebatur in regione ipfius cordis cum debilitate et pulfu notabiliter intermittente, tamen

duro, atque tuſſi nonnulla ſicca; poſt ſeptuplam venaeſectionem cum ſanguine phlogiſtico, et exhibita camphorata morbus die 14° per ſudorem largum iudicabatur absque ulla expectoratione, pulſus haud amplius intermittens poſthac obſervabatur. Sedes doloris, indoles pulſus, defectus expectorationis me hunc morbum carditidem credere faciunt."

In primo et ſecundo caſu *tuſſis* aderat; nihilominus diçit *Bang* in carditidis definitione: *Tuſſis nulla.* — In caſu tertio pulſus tenſus tantummodo et celer inveniebatur; definitio autem pulſum poſtulat intermittentem. Caſum quartum pro cordis vel pericardii inflammatione acuta habendum eſſe, facile conſentio; priores vero tres caſus κατ' ἐξοχὴν carditidi adnumerare non audeor, quum tantopere complicati eſſent cum aliarum partium affectionibus. Quibus omnibus liquet, excellentiſſimum etiam *Bang* in pronuntiandis noſologicis morborum characteribus, non ſatis reſpexiſſe proprias obſervationes. —

Franc. Boiſſ. de Sauvages, [25]) de carditide haec reliquit: „*Carditis*, *Inflammation du coeur.* Character obſcurus anceps deducitur a dolore ſub ſterno, palpitatione, frequentibus animi deliquiis, pulſus inaequalitate et frequentia, quandoque etiam febre acuta ſed poſt aliquot dies accedente cum

25) Franc. Boiſſ. de Sauvages. Noſol. meth. ed. Daniel. Lipſ. 1791. T. II. cl. III. 21. p. 384.

pulſu duro et frequente. Dolores punctorii, anxietates continuae in regione cordis, videntur aſſidua ſymptomata." — Enarratur deinde carditidis caſus exquiſitus: [26]) „Adoleſcens dolores acutiſſimos pungentes in cordis regione cum anxietatibus et anguſtiis patiebatur, unde a ſolitis muniis abſtrahebatur; ſexta die febris cum pulſu frequente et duro invaſit; repetitis phlebotomiis morbus decima quarta die remiſit, ſed anxietas et dolores punctorii recrudeſcentes, aegrum vigeſima die abstulerunt.

Apertura cadaveris: Cordis ſuperficies integra pure obvoluta, cruſta pingui, vel purulenta tegente tunicam eius eroſam; pericardium rubrum, vaſis turgidis cinctum, textus carnoſus cordis pallidus, mollis."

Variae carditidis ſpecies, a Sauvages diſtinctae, e. g. Carditis traumatica, Carditis purulenta, Carditis ſeroſa, Carditis ſarcomatica, Carditis lithica, nullius ſunt momenti.

Pericardii inflammationem, quam a carditide diſcernere iubet, nomine *pleuritidis pericardii* ſalutat. „Quae pleuritis pericardii ſaepe cum praecedenti — ſc. pleuritide mediaſtini — combinata, differt ab iſta: ſyncope frequenti, palpitatione, cordis tremore. [27]) — Quidam in aetate florenti

---

26) l. c. ibid.

27) l. c. cl. III. 13. p. 336.

acuta febre eſt prehenſus cum ſiti ingenti, anxietate, reſpiratione crebrerrima, thoracis incendio, tuſſi ſicca, ſyncope, cordis tremore, levi dolore in thorace verſus ſternum cum anguſtia ſumma, pulſu duro; intra triduum obiit; totum pericardium inventum eſt eroſum, nigrum, miliaribus puſtulis exaſperatum, et in alio caſu pure turgidum."

Selle [28]) pericardii cordisque inflammationes dignoſcere iubet. Carditidi haec tribuuntur ſymptomata: „Dolor punctorius ſub ſterno, palpitatio cordis et anxietates continuae. Pulſus parvus inaequalis. Calor exiguus."

Pericarditidem [29]) comitantur: „dolor punctorius ac gravitas in pectoris parte profundiore. Anxietas. Palpitatio cordis. Perpetua ad tuſſiendum proclivitas."

„Haud raro accidit, ut plurium partium inflammationes ſimul coëxiſtant, pro cuius complicationis diverſitate alia atque alia phaenomena adparent, quorum determinatio ſat difficilis eſt." —

Quod bene notandum. Etenim licet minime negaturus ſim, cordis aeque ac pericardii diſcretam dari inflammationem; illud tamen perſuaſum habeo, deeſſe nobis ſigna certa et pathognomonica ad diſtinguendas eas affectiones. Qua in re ſe-

28) C. G. Selle Rud. pyret. meth. Berolini 1789. p. 137.

29) l. c. p. 129.

quor viros clariſſimos, *Davis*,[30] *Kreyſig*,[31] *Corviſart*,[32] *Teſta.*[33]

Vir celeberrimus, in arte medica excellentiſſimus *P. Frank*,[34] de carditide optime disſeruit.

Hunterum de inflammatione doctrinam accuratius indagaſſe, venarumque praeſertim inflammationem primum inter omnes revelaſſe, neminem fugit. De arteriam vero inflammatione ne ullum fere veſtigium apud veteres occurrit et ſiqua Morgagnii obſervationes de tunicis aortae ſanguine ſuffuſis, atris, puſtulas oſtendentibus ita intelligendae ſint, *P. Frank* tamen primus arteriarum inflammationem[35] perſcrutatus, inter morbos diagnoſi et therapiae obnoxios eam enumeravit.[36] Auctor fuit ipſius diſcipulo, *Nep. Schmuck*, ut anno 1793 hac de re diſſertationem concinnaret, qua *Frankii* doctrinae, eiusdemque aeque ac veterum obſervationes enarrantur.

Frank dicit:[37] Cordi quidem, ut inflammari queat, nihil deeſſe, quod aliis in corporis partibus

30) l. c. p. 35.
31) l. c. p. 182. T. II.
32) l. c. p. 37.
„The [76]) heart occafionally, and oftener the pericardium, exhibited patches of inflammation, with fpots of effufed lymph, and had formed ftrong attachments. In one patient they adhered fo firmly that the heart was torn in attempting to feparate them. The quantity of fluid found in the pericardium varied; fometimes it was confiderably increafed; at others, there was little or none. In a few patients the liquor pericardii was very turbid and like whey, or partly purulent; in one, there was about four ounces of pus. In feveral inftances (in fome were there was a deficiency, but alfo in others where it contained a portion of fluid) the pericardium was found fo thin, dry, fhrivelled, and transparent, as to have the moft perfect refemblance to a piece of dried bladder. This deficcated appearance, which occurred more frequently in the Argonaut than in the Trufty, is mentioned by Dr. Baillie as having been twice found by himfelf, and much oftener by Mr. Hunter. The diaphragm alfo fometimes exhibited fimilar dry patches, and oftener eryfipelatous inflammation. Maffes of coagulable lymph were occafionally found in the cavi-

---

76) l. c. p. 164.

ties of the heart, and fome of a yellower and more fatty appearance than the other; but inftead of being inflammable, they alfo fhrivelled up, and exhibited the character of albumen or fibrine, when expofed to heat."

Sanguinis miffiones largiores et purgantia plurimum contra febrem illam valuiffe, non eft quod miremur, quum pericardii, cordis, aliarumque partium nobiliffimarum inflammationes, aegrotorum vitae occultas pararent infidias. Cordis inflammationem in febribus acutis, fubito lethalibus faepius occurrere, alios quoque medicos non fugit. *Kreyfig* [77]) e. g. dicit, Febrium acutarum et fubito lethalium malignitatem, de qua medici frequenter conquerantur, et ignorantiae folatium petant, faepius originem trahere e vaforum cordisque inflammatione.

William Barrow [78]) hancce enarrat obfervationem: „Some time ago, a very alarming difeafe broke out amongft the children in the workhoufe. It was obferved to commence in the moft fudden manner. The little fufferers were feized with vertigo, without any previous indifpofition, and inftantly fell to the ground: a very languid ftate and ftupor, from which it was difficult to roufe them quickly followed. The firft that was

---

77) l. c. p. 72. T. II. a.

78) Edinb. Med. and Surg. Journ. etc. Vol. twelfth. 1816. p. 352.

affected did not excite alarm in the apothecary then in attendance, and he ordered the ufual means for clearing the bowels: the child, to his great aftonifhment, continued in a comatofe ftate, and died in the afternoon of the fame day. This circumftance being reprefented to the churchwardens, they interrogated him very clofely, and though, in this inftance, very little to blame, he was feverely cenfured. In a day or two after, another child was feized in the fame manner, of which i had immediate notice; and having already had a melancholy account of the formidable nature of the difeafe, we had to contend with, i prefcribed powerful antimonial emetics, to be repeated every ten minutes, till they produced a copious effect. The little patient was then put into a warm bath, and afterwards wrapped in blankets, to elicite a profufe perfpiration; during which i directed the nurfe to awake him every three or four hours, for the purpofe of giving a couple of pills of calomel and antimonial powder, to be wafhed down with a mixture of infufion of Senna and falts, and this courfe to be repeated as long as the coma lafted. This plan having fucceeded, the child got well. More of the children, however, continued to be attacked each day, and being treated in the fame manner, all, except one, recovered. This child, after fhewing fymptoms of amendment, relapfed two or three times, and died. I took the opportunity of ex-

amining the body very minutely, but could find nothing in the brain or ſtomach to throw any light on this ſingular disorder. In the heart alone, could i discover any morbid change, and here were ſtrong appearances of inflammation, particularly in the aortal valves of the left ventricle. Having obtained this proof of the nature of the disorder, i was inabled to proceed with confidence in place of the timidity and diffidence i felt previous to the disſection, and though more than 200 of the children were attacked, this dangerous disorder was not fatal in any other inſtance."

Quum e methodo antiphlogiſtica, poſt illam cadaveris diſſectionem adhibita, praeſtantiſſimi perciperentur fructus, quum nihil aliud niſi carditidis praegreſſae veſtigia in mortuo illo reperirentur: veriſimilius eſt, morbum illum epidemicum, re vera carditidem fuiſſe, licet mitior eiusdem indoles in tot aegrotis feliciter eum vinci permittens, diagnoſin in dubium vocare ſtudeat.

I. F. Davis 79) de carditidis ſignis et curatio-

79) An Inquiry into the Symptoms and Treatment of Carditis; by John Ford Davis M. D. 12. Bath. 1808.; deutſch:

John Ford Davis Unterſ. über die Symptome und Behandlung der Herzentzündung u. ſ. w. Nebſt D. Wilh. Carl Wells Bemerkung. und Fällen über Rheumat. des Herzens. A. d. Engl. v. I. L. Choulant, mit einer Vorrede und Bemerk. von Dr. F. L. Kreyſig. Halle 1816.

ne commentarium praeſtantiſſimum conſcripſit, in quo praeter alia praeclara multa, quatuor carditidis caſus, diſſectionibus cadaverum illuſtrati leguntur, quos ſilentio praeterire non potui.

Caſ. I. [80]) *Maſter W.* unum per menſem de dolore capitis conqueſtus, die XIX. Ianuarii febre correptus, vigeſimo primo Ianuarii ſaltaverat; poſtridie autem medici auxilium petebat. Pulſus 140; vexabant dolores vagi, nunc in capite, nunc in cruribus et talo. Per dies quatuordecim, paulatim dolores in malleolis atroces, dolores in capite, in epigaſtrio, in pectoris latere ſiniſtro, in cruribus, in mamma ſiniſtra, deliria, proclivitas ad ſyncopen, pulſuum variatio a 110—156, obſervabantur. Sanguinis miſſiones quatuor, parciores tamen quam quae multum auxilii afferre poſſent, veſicantia, et medicamina multa, tum antiphlogiſtica, tum excitantia, mortem avertere non potuerunt.

Apparuit pericardium vehementer inflammatum, tunica ipſius externa ſolito rubrior et craſſior. Facies pericardii interna, cordisque externa inflammatione magis alienata. Membranae iſtae alias laeves et lubricae, reperiebantur aſperae, inaequales, materia purulenta obductae, numeroſis ligamentis ſibi invicem annexae, interiectis laminis membranaceis. Subſtantia muscularis cordis ſana, aeque ac caetera omnia in capite, thorace, abdomine. —

Cor-

80) l. c. p. 39 ſeq.

Cordis inflammationem, ad diem feptimum usque, ne unum quidem morbi fymptoma prodidit.

Caf. II. Mifs H. C., fedecim annos nata, fuccida, poft actas choreas laborabat inflammatione et tumore tonfillarum, ad quem interdum proclivior erat. Frigus incaute admiffum, pedum et malleolorum inflammationem provocavit; quae quum fubito evanuiffet, fymptomata hyfterica, cum delirio oborta invitarunt ad detrahendas fanguinis uncias duodecim. Poftremis ante mortem diebus, erant fymptomata: fpafmi univerfales, infomnia, cantus et garrulitas perverfa, uti in dementibus; pulfus 120, duri, pleni poft miffas iterum fanguinis uncias duodecim molles et parvi, fumtâ digitali purpurea fere intermittentes tangebantur, paulo poft ictus 136 edebant neque fortes (ftrong) neque duros. Inter apparatus ad aperiendam arteriam temporalem, aegra mortua eft, cui per dies novem infomnes nulla deliriorum remiffio contigit. — Virginis exclamationes frequentes: *Oh my heart, I wifh it would burft!* pro deliriorum phantasmatibus habitae, aeque parum ac ullum aliud fymptoma carditidis fufpicionem movebant.

Cadaveris disfectio oftendit cerebrum parvum, morbofum, vafa, fubftantiam cerebri medullarem perrepentia dilatata; inflammatio nuspiam apparuit neque in dura nec in pia matre; in corpore callofo vafcula multa, rubedo adaucta; liquor in ventriculis cerebri minime auctus.

Sterno ſublato, conſpiciebantur pulmones rubberrimi, ſanguine coagulato referti, neutiquam inflammati; habitus cordis externus fuit ſanus, in pericardio ſolita liquoris quantitas reperta. Disſectum ab apice ad baſin usque cor, luculenta inflammationis ſigna edidit, praeſertim in univerſa facie interna ventriculi dextri. Trabeculae carneae ac valvulae tricuſpidales, vehementi inflammatione correptae, obducebantur ſtrato materiae cuiusdam extravaſatae, quae coagulabili ſanguinis lymphae ſimilior videbatur. In ſuperiore diaphragmatis facie, atque in cardia apparuerunt inflammationis veſtigia quaedam.

Caſ. III.[81]) *Miſs. A.*, duodecim annorum, prima hebdomade de doloribus ſub ſterno, in humero ſiniſtro, et in parte ſuperiore interiore utriusque tarſi conquerebatur. Dolores in pedibus per decem dies tanta vehementia vexarunt aegrotam, ut ambulare non poſſet, licet caetera ſymptomata minime impedirent, quominus iret. Die morbi octavo acceſſerunt reſpiratio difficilis, et palpitatio cordis, quae poſtea totum thoracem tantopere concutiebat, ut aegra cordis motum compararet corpori ſolido ad coſtas vehementer appulſo. Decem diebus praeterlapſis, dolores in humero et tarſo evanuerunt, illi autem ſub ſterno, ſummopere aucti, ad latus ſiniſtrum extendebantur. Reſpirationis moleſtiae, tuſſim leviorem co-

81) l. c. p. 49—52.

mitem ſibi legentes, minuebantur interdum aeque ac dolores, praeſertim ope opiatorum quae porrigebantur, quum morbus pro ſpaſtico haberetur.

Pulſus parvi, celeres, fere ſemper 130, nunquam inaequales, intermittentes, niſi ſomno. Cutis plerumque parum ardens, ex anxietatibus eximiis in regione cordis ingentes interdum aeſtuationes cum ſudore patiebatur, quas comitabantur eiulatus et iactitationes; lingua pura, humida, morbi finem verſus albida; ſitis ardens, urina altius tincta; quae die decimo ante mortem micta erat, oſtendebat paucas poſt horas ſedimentum, et in vaſe agitata, lacteum colorem accipiebat. Alvus plerumque clauſa, conſuetis catharticis ſollicitabatur. Die ante mortem quinto obortus eſt vomitus, exinde perpetuus. Syncope nunquam obſervabatur. Poſtremo dolores in regione hepatis ſupervenerunt. Mens nunquam alienata, nec caput ullo modo affectum fuit. Morbus poſt dies viginti et ſex aegram enecavit, quae prona ſedere et cervical contra thoracem premere ſolebat. Quamdiu reſpirationis moleſtiae minuebantur, iacere quidem poterat, attamen nullo pacto in latere ſiniſtro. Interdum leviſſimus tactus in regione cordis intolerabilis erat. Ante lethalem hunc morbum Miſs A. optima ſemper valetudine gaviſa et praeter vexantem ſaepius tonſillarum inflammationem, nullam fere affectionem perpeſſa erat.

Diſſectio cadaveris. Pericardium vehementer inflammatum, incraſſatum, pleurae agglutina-

tum. Diaphragmatis pars tendinea, cui pericardium adhaerere debet, inflammatum. Substantia cordis muscularis ex parte inflammata; pericardium cum corde undique firmissime concretum; cor dilatatum, intus pallidum, flaccidum; auriculae, vasorumque magnorum radices sat larga quantitate lymphae coagulatae circumfundebantur; pulmo sinister inflammatus, pleurae accretus; hepar magnum, obscurum ob vasa sanguine turgida; cholocystis bile coerulea oppleta Vasa maiora in superficie ventriculi et intestinorum sanguine dilatata licet partes istae inflammatae non essent.

Cas. IV. Aegra erat puellula; dissectio cadaveris post mortem palam fecit, carditidem cum pneumonia fuisse complicatam. Symptoma alias nusquam annotatum, fuit Tetanus. —

Syncope et pulsus irregulares, quae a plurimis inter praecipua carditidis symptomata enumerantur, in casibus modo enarratis minime obserrvabantur. Palpitatio cordis in tertio casu occurrens, initio morbi non aderat. Horripilationes et calor fugax, solita inflammationum internorum symptomata, minime percipiebantur. Aegroti duo delirabant. Tetanus, a medico nullo hucusque in carditide observatus, in casu quarto, proh dolor! non satis ample narrato, morbi malitiam auxit. Vomitus in casu tertio aderat. Ventriculos cordis inflammari, ex observationibus liquet. Symptoma carditidis praecipuum et pathognomonicum est *anxietas eximia in regione cordis.* Sympto-

mata fecundaria fatis numerofa, funt: febris, palpitatio cordis, pulfus irregulares, tuffis, refpiratio difficilis, deliria, fyncope, vomitus, dolores vagi in variis corporis partibus.[82]) Anxietas illa, dolores acuti in regione cordis, eximiaque pulfuum excitatio fufficiunt *Davifio* ad fovendam fufpicionem, carditidem ftruere infidias, praefertim fi palpitatio cordis, fyncope, vomitus, deliria accedant.[83]) Ut iam multa alia in libello fagaciter monita omittam, de medendi methodo a Davifio laudata nonnulla adiiciam. Prae aliis omnibus venaefectiones largae atque audaces, quamprimum inftitutae, atque Digitalis purpurea commendantur.[84])

Herbam Nicotianae, quoad virtutes medicatrices, ad Digitalem propius accedere putat auctor. Hepar fulphuris volatile (hepatized ammonia), vertigines, naufeam, vomitum excitando cordis et arteriarum actionem minuit, ideoque medicaminibus via directa fedantibus adnumerandum effe videtur.[85]) Quibus praemiffis, cathartica, glacies pectori impofita, hirudines fat multae regioni cordis immiffae, cucurbitulae, veficantia locum fibi habent.[86]) Hydrargyrum, ob infignem dignitatem

---

82) l. c. p. 57.

83) l. c. p. 78.

84) l. c. p. 101 feq.

85) l. c. p. 109.

86) l. c. p. 110.

a multis medicis iisque peritiſſimis ipſi tributam, adhibere ſuadet poſt ſanguinis miſſiones ſat largas, aliasque evacuationes. Carditidi, ex arthritide et rheumatiſmo retrogreſſis ortae, mederi iubet rubefacientibus, ſinapiſmis, veſicatoriis, aliisque omnibus, quae primitiva illa mala ad externas partes revocare valeant. Facile confiteor, me de venaeſectionum et poſteriorum horum remediorum uſu plane cum Daviſio conſentire; quod vero attinet ad uſum Digitalis, Herbae Nicotianae et Hepatis ſulphuris volatilis, equidem perſuaſum habeo ea omnia, praecipue ſiqua primo morbi ſtadio porrigantur, pericula potius augere quam diminuere. Qua in re pio animo ſequor virum praeclariſſimum, Kreyſig.[87])

W. C. Wells,[88]) de rheumatiſmo cordis — uti vocat — differens, obſervationes multas praeclaras tum proprias tum ab aliis enarratas refert.

De nexu arctiore, carditidem inter et rheumatiſmum, in ſequentibus ampliorem faciam mentionem. Quas *Wells* exhibuit obſervationes, eae fere omnes hac de re teſtantur. Praeterea aegrotorum plurimorum aetas tenera,[89]) rheumatiſmo

87) l. c. Anmerk. p. 138 — 140.

88) Als Anhang zu Davis über Herzentzündung, p. 143 — 194; überſ. von Choulant aus den Transact. of a Society for the improuv. of med. and chir. knowledge. Lond. 1812. Vol. III. p. 373 — 424.

89) l. c. caſ. I. II. IV. V. VIII. IX. X. XII. XIII. etc.

minime favens, inflammationis vestigia, post mortem in corde et pericardio reperta, [90]) fructus felices e venaesectionibus percepti, [91]) *Russelii* [92]) annotatio, observationibus affirmata, homines, rheumatismo acuto obnoxios valde proclives esse ad cordis inflammationem, movent iustam suspicionem, carditidem saepius rheumatismos mentitam esse. Observationum, a Wells relatarum nona, sententiam meam luculenter probabit; illa enim aegra, carditidem perpessa, quae pro rheumatismo universali imponens, chronicam cordis affectionem miserae reliquerat, novo tandem morbi insultu enecata est:

„Miss P —, thirteen years of age, became my patient on the 17[th] of May, 1807, at which time she laboured under a very considerable difficulty of breathing, and a palpitation of the heart so violent, that not only the motion it gave to her clothes might be seen at a distance, but her body itself was shaken by it. Both these symptoms were increased by the least exercise. She had a slight cough: her countenance discovered great uneasiness; her pulse beat a hundred and thirty six times in a minute; the tongue was white; the appetite was less than natural; the bowels were confined; the urine was in the usual quantity. She

90) l. c. cas. V. VIII. IX. XI. XII.

91) l. c. cas. XIII. XIV.

92) Med. and Surg. Journ. of Edinb. Jan. 1814. Nr. 18.

was emaciated, and her emaciation was ſaid to have taken place during her preſent illneſs. I was informed, that ſhe had been attacked in the beginning of the preceeding February with acute rheumatiſm, which laſted about a fortnight, and that, when this left her, the ſhortneſs of breath, palpitation and cough came on. At firſt the cough was very conſiderable. Her feelings became leſs uneaſy, and her pulſe ſlower, under the uſe of a ſpare diet, and of a bliſter applied to the region of the heart. This alleviation of ſymptoms occurred too quickly to have been the effect of digitalis, which ſhe was taking at the ſame time. On the 25th, the feet began to be oedematous; on the 29th the abdomen was ſwelled, and a fluctuation was to be felt in it. On the 5th, of June the anaſarca was general; the ſwelling of the abdomen was increaſed; the pulſe intermitted, and was ſlower. On the 6th, in the morning, the ſwelling of the abdomen was leſſened, and the patient thought herſelf much better. In the evening, ſhe was ſuddenly ſeized with extreme difficulty of breathing; while the breathing was ſuspended, the pulſe either did not beat at all, or beat very ſlowly. On the 7th, at two o'clock in the morning ſhe died.

Leave having been obtained for examining the body, the examination was made by my friend *Mr. Smith* of Southampton-ſtreet, on the 8th of June, and the following is the account he

was ſo good as to give me of the appearances he obſerved.“

„The lungs adhered to the pleura coſtalis almoſt at every part. The left ſide of de cheſt contained about five ounces of water: in the right ſide there was about one ounce.“

„The pericardium adhered to the whole ſurface of the heart; the adheſion was eaſily ſeparable by means of the fingers.“

„The heart was twice as large as natural; its muſcular ſtructure was increaſed in thickneſs, and all its cavities were very much loaded with blood The cellular membrane of the lungs contained ſome water. In the cavity of the abdomen there was about a pint of water, in which were floating ſeveral portions of coagulable lymph. The viſcera of the abdomen were free from diſeaſe.“ —

Equidem in hiſtoria iſta nil aliud niſi carditidis imaginem conſpicio. Quod attinet ad illud: „I was informed, that ſhe had been attacked, in the beginning of the preceeding February with acute rheumatiſm etc.“, facile liquet, falſam hanc relationem explicandam eſſe e doloribus artuum vagis, qui frequenter carditidem comitantur, imo pathognomonicis fere ipſius ſignis adnumerandi videntur. —

Ante quam primae huic diſſertationis noſtrae parti finem imponimus, ſupereſt ut mentio-

nem faciamus libri praestantissimi,[93]) quem vir amplissimus, doctissimus *Kreysig*, de morbis cordis conscripsit, tantaque perfectione, tanta iudicii acie, tanta observationum ubertate exornavit, ut cuivis alii facile palmam praeripiat. Nemo ante eum, omnes cordis morbos tanta sagacitate perscrutatus est; nemo tam praeclare ostendit, cordis morbos frequentissime occultas struere insidias, nemo tot tantaque protulit adminicula ad stabiliendam incertam saepe diagnosin. Nec desiderantur in libro illo consilia prudentissima ad vincenda cordis pathemata, licet de maligna eorum indole, auctori illustrissimo bene persuasum sit.

Quae ad cordis inflammationem proxime pertinent, invenies in libri Tomo II. p. 1. pag. 67—206; adiecta nonnulla exhibet tomus tertius.

Carditidem inter omnes cordis morbos summam sibi vindicare dignitatem, sagaciter monet.[94]) Febrium acutarum malignitatem, de qua medici saepe conquerantur et ignorantiae solatium petant, frequenter oriri ex cordis atque vasorum inflammatione, bene suspicatur.[95]) Polyporum cordis originem, quae tamdiu medicos vexavit, pugnasque innumeras inter eos excitavit, optime illustra-

---

93) Die Krankheiten des Herzens, systematisch bearbeitet und durch eigene Beobachtungen erläutert von Dr. F. L. Kreysig. 3 Bde. Berlin 1814—17.

94) l. c. p. 67.

95) l. c. p. 72.

vit, declarans, oriri polypos ope inflammationis in tunica intima cordis. Quamobrem hancce carditidis speciem, *polyposam* salutat.[96]) Praeclara multa elocutus, de partium indole post inflammationem praegressam, ingenue fatetur, nulla ipsi innotuisse signa, quae sufficiant ad dignoscendam inflammationem substantiae cordis, ab illa membranarum cor ambientium.

Carditidis imaginem, quam celeberrimus *Kreysig* aeque ac alia multa prolixius delineavit, paucis referam. Symptomata, variis morbi temporibus observata, haec sunt:[97])

Stad. I. a) *Febris continua*, ex inopinato apparens cum frigore plerumque vehemente, per horam saepius vexante, et pedisequo calore; b) *respiratio* accelerata, brevis, fere anhela; spiritus interdum profunde ductus provocat gemitum aegrotis iucundum; c) *ictus cordis*, ab initio vehementes, celeres, regulares, post biduum aut triduum, simulac pericardium cordi agglutinatur, debiliores, tremuli percipiuntur, cum sibilo quodam auditum feriente; *pulsus celerrimi*, non tam duri, fere magni, pleni fortesque, interdum contracti, regulares; d) *dolores acuti* pungentes in pectore pauci; sensus molestus in sinistra thoracis parte; pectus universum obtuse dolet; dolores acuti aliis in partibus, praesertim in regione ventriculi, in

96) l. c. p. 90 — 115.

97) l. c. p. 120 seq.

humeris, inter ſcapulas, in artubus, interdum in renibus, in veſica urinaria et utero, facile mentiuntur rheumatiſmum; e) *tuſſis*, *anxietas*, *inquietudo*, ab initio ſaepius non adſunt. Aegri correpti videntur febre moderata ſine ulla capitis gravedine; vexat interdum anxietas quaedam; iuſſi profunde inſpirant; attamen medico timorem iniicit aegrotorum facies deformata, longa, aut rubra aut pallida, flava, oculi rigentes, humecti, lingua humida, urina parca, urens, flammea, nauſea, vomitus, ventriculi dolores; ſitis aut ardens aut nulla; ardor urens in thorace, ſyncope inopinata; ſitus lateralis moleſtior quam ſupinus.

Variat morbus pro ipſius natura plus minusve acuta; variat, ſi originem habet ex inflammatione partium vicinarum, pleurae, mediaſtini, pulmonum, vel ſi cum illarum partium affectione complicatur; variat inflammatis aut cordis ſuperficie, aut ſubſtantia, aut tunica intima. Mediaſtino prae aliis correpto, apparent oppreſſio maior et coarctatio pectoris, ardor in eo vehemens, reſpiratio impedita, facies deformis. Pericarditidem acutam comitantur dolor fixus apertus in regione cordis, ignis in pectore. Inflammatio ipſius cordis plerumque ab initio pneumoniam mitiorem ſimulat; attamen aeger profundum ſpiritum ducere poteſt ſine doloribus pungentibus et tuſſi, quamquam nunc tuſſis adeſt, nunc ſputa rubicunda, ſeroſa.

Stad.

Stad. II., quo cor interceptam ipſius actionem luculentius oſtendit. Quod inde a ſecundo ad octavum diem usque fieri poteſt: Reſpiratio anxia, celer, inquietudo magna cum iactitationibus perpetuis, et ſenſu ſuffocationis; facies deformata, tumida anxietatem prodit; oedema circa malleolos; tuſſis aut accedit, aut iamdiu praeſens atrocius vexat, modo ſicca, modo humida, cum ſputis ſeroſo-ſanguineis, purulentis, interiectis quaſi filamentis aut maſſae gelatinoſae flocculis. Aortae inflammatio ſemper tuſſim ſecum habet atrocem. Pulſus tanguntur celerrimi, regulares, raro intermittentes; urina parca, iumentoſa mittitur; palpitatio cordis periodica, intercipit motus cordis perturbatos, obſcuros, tremulos; ſyncope aut incompleta aut perfecta facile accedit poſt quamque contentionem. Summa virium deiectio. Palpitatio infra ſternum, ſi cor dilatatur aut pericardio agglutinatur. Exacerbationes duae quovis die per horas nonnullas exaſperant anxietates, inquietudinem, iactitationes, ſaepius deliria provocant, nec ſudoribus univerſalibus, vehementibus, in melius mutantur.

Stad. III. Actio cordis et reſpiratio magis magisque perturbata, ſuffocationis inſultus frequentes, violenti, pulſus continuo irregulares, celerrimi, parvi; adaucta ſemper virium deiectio, ſyncope poſt omne tentamen mutandi ſitum, anxietates infandae; ictus cordis irregulares, tremuli; aeger pronus ſumma reſpirationis difficultate an-

gitur; mens perturbatur; pedes et manus frigidae, ſudore madeſcunt; urina parca, valde turbida. Aegri ſemper erecti ſedent, ut ſuffocationis acceſſus et anxietates effugiant; paulo ante mortem in planum porriguntur, et moriuntur aut ex inopinato, aut ſuffocatione lenta et cordis paralyſi.

Carditis chronica, occulta, plerumque complicata, nunc velox, nunc lenta, eadem fere ſymptomata exhibet, quae carditis acuta oſtendit; licet medicus ob ſymptomatum obſcuritatem, et ob ſigna aliena aliis in partibus conſpicua, ſaepius in ambiguo ſit. Pulſus ſubito accelerati, pectoris oppreſſio aucta, moleſtior morbi ſenſus in thorace et corpore univerſo, palpitatio cordis irregularis, oedema faciei et malleolorum, praecipua carditidis occultae ſymptomata eſſe videntur.

Arteriae coronariae cordis inflammantur ſine dubio, licet tuta deſint ſymptomata ad cognoſcendam illam inflammationem.

De aetiologia carditidis multa legere ſunt l. c. Tom. I. p. 26 ſeq. et p. 152 pp.

Accedunt:

1) Laeſiones pectoris, ictus, contuſiones, lapſus ex alto etc.
2) Vulnera ad pericardium et cor ipſum penetrantia.
3) Quaecunque ſanguinis circulationem perturbant.

4) Morborum epidemicorum natura, inflammationibus favens.

6) Morbilli et fcarlatina acutam, fcabies, herpes fyphilis chronicam cordis inflammationem provocare folent. Qui fcorbuto moriuntur, eorum cor e *Lindii* auctoritate, attenuatum, flaccidum, lympha plaftica circumfufum reperitur.

Celeberrimus *Kreyfig* putat, hydrophobiam [98]) e cordis vaforumque inflammatione oriri, affertque argumenta multa ad fulciendam fententiam fuam.

Clariffimus *Krukenberg* in corde viri cuiusdam, qui e morfu canis rabidi hydrophobia correptus et interemtus erat, ne ullum quidem inflammationis veftigium repirere potuit, licet illud accuratiffime perfcrutatus fit.

7) Cachexia fcrophulofa, rheumatifmus, arthritis, graviditas, puerperium, carditidi favent. —

Sanatio rara, mors frequens die tertia, quarta, feptima, paralyfi, gangraena, ruptura cordis; alii moriuntur poft duas, tres vel quatuor feptimanas morbis fecundariis, aut ferius, organicis cordis morbis. Quicunque inflammationibus peculiares funt exitus, ii et in carditide confpiciuntur, ut exfudationes lymphae plafticae, pfeudomem-

98) l. c. p. 152 — 159.

branae multiformes, erofiones, pyogenia, effufiones ferofae, gangraena, concretiones polypofae. — Sola venaefectio, manu celerrima, largiffima, audaciffima, ex amplo venae vulnere inftituta, carditidem vincere valet. [99]) Fluat fanguis, usque dum fyncope oriatur. Quoties inflammationis fymptomata exafperantur, repetatur venaefectio, quavis hora quarta aut fexta.

Venaefectio minime negligenda eft, licet aeger debilior videatur, atque morbus malignus naturam mitiorem mentiatur.

Detractiones fanguinis locales, ope hirudinum atque cucurbitularum, laudandae funt, et audacius adhibendae poft fractam morbi atrocitatem. Praeterea quaevis medicamina antiphlogiftica porrigi debent. Valet prae aliis Kali nitricum, falibus neutralibus, alvum leniter aperientibus nuptum. Potus mucilaginofi, e. g. decoctum Graminis, Althaeae, cum fucco Citri et pulvere Salis effentialis Tartari Sacharique, ciborum abftinentia, adiuvant medelam.

Methodus ifta antiphlogiftica fatis diu adminiftranda eft; videat medicus, ne aeger ex medicaminibus excitantibus, intempeftive propinatis, detrimenti quid capiat. Vigente febre et inflammatione, veficantia adaugent pericula, licet poft fractam illarum vim, fummi fint pretii.

---

99) l. c. p. 187 feq.

Cataplasmata emollientia, pectori faepius impofita, vapores calidi infpirati multum faciunt ad fugandum morbum. — Si poft adhibita omnia illa, anxietas, oppreffio, febris continuo vexant et augefcunt cum pulfu celere, parvo, irregulari, urina parca, turbida, fedimentum rubrum multum deponente: tunc locum fibi habent remedia, quae et reforbtionem adiuvare et inflammationem vincere valent, e. g. Hydrargyri muriatici mitis grj — jj cum Magnefia carbonica vel facharo albo quovis bihorio datum, decoctum Rad. Lapathi acuti, Vincetoxici cum Tartaro depurato; unguentum Hydrargyri cinereum cum Extracto Squillae pectori illinitum; epithema ex emplaftro de Gummi ammoniaco cum Extracto Squillae, thoraci applicatum.

Opiata et roborantia fimulant quidem auxilium, mortem vero citius adducunt. Pyofi, erofioni, effufionibus opponantur remedia quae reforbtionem adiuvant, Squilla aliaque multa; china, ferum lactis cum vino paratum, fulciant vires.

Digitalis purpurea, abiicienda quamdiu inflammatio viget, adhibenda videtur, fi poft factas effufiones cordis paralyfis minitatur, licet celeberrimus *Kreyfig* nunquam ex ea fructus felices percepiffe fe fateatur. — Facta crifi falutari fudoribus et urina, manu fuspenfa admovenda funt roborantia.

Carditidis complicatae curatio.

Carditis post morbillos vel scarlatinam retrogessam facile oboriens, methodum antiphlogisticam fortius adhibitam sibi postulat. Carditis occulta, lenta, e scabiė, syphilide, herpetibus suppressis oriunda, epispastica gravissima requirit, e. g. Unguentum e Tartaro stibiato, vesicatoria ampla, corticem Mezerei brachiis impositum, setaceum in thorace, balnea calida, usum internum mercurii, sulphuris, stibii, psorae inoculationem. Febres epidemicae, malignae, contagiosae, carditidem secum habentes, ab initio iubent sanguinis missiones, et medicamina antiphlogistica, quia periculum in mora est. Carditis, puerperas facile corripiens, largas sibi vult venaesectiones.

In carditide, quae ad organicos cordis morbos accedit, e venaesectionibus nihil fere exspectandum est; adhibeantur potius oportet cathartica, diuretica; vesicatoria, setacea pectori imponantur. Excitantia, praesertim opiata, nocent. Auctor illustrissimus enarrat deinde carditidis casus sex, maxime dignos qui attento animo perlegantur. [100]) — Notata quaedam praestantiora de inflammatione cordis, arteriarum et venarum, adiecit *Kreysig* celeberrimus. [1])

100) l. c. T. II. p. I. p. 206 — 278.

1) l. c. T. III. p. 264 — 276.

Obſervationem memoratu dignam [2]) de morbo coeruleo, in neonato e cordis inflammatione oborto, non poſſum non enarrare: „Puer, die XXIX. Septembris, poſt tres horae quadrantes feliciter ad lucem emiſſus, triplicem funiculi umbilicaris anſam circa collum effugit. Puer, ubique coeruleus, poſt miſſam ſat largam ſanguinis quantitatem ex arteriis umbilicaribus, clamores edidit et meconii aliquantulum depoſuit; attamen reſpiratio continuo impedita, videbatur potius exſpiratio brevis, anhela; effluebat e naſo maſſa mucoſa; cor in ſpatio quatuor vel quinque pollicum, ictus edebat vehementes frequentiſſimos; in carpo pulſus nulli; linguae apex et labia frigida; corpus coeruleum. Propinato melle ſquillitico cum vino antimoniato, pituita multa evomita eſt; clyſteres nonnulli, quibus eadem illa adiecta erant eliciebant ſedes; naphtha ſpinae dorſali illinita extruſit flatus multos. Ad veſperum infàns nihil deglutiebat; clyſteres ſtatim effluebant; abdomen tenſum, una cum cordis ictu compreſſum, ciebat eiulatus obtuſos; oculi clauſi. Plantis pedis perfricatis imponebantur ſinapismi, abdomini fomentationes calidae. Per noctem ad diem XXX. Septembris alvi deiectiones quaedam; urina miſſa; puer eiulabat, oculos aperiebat, palleſcebat; abdomen minus tenſum; poſt ſumtum linctum, ſomnus et reſpiratio quieta. Hora ſexta: anhelatio, cutis coerulea, fere

2) l. c. T. III. p. 203—205.

livida; hora feptima mortuus eft. Diffectio thoracis oftendit pulmones rite formatos; pericardium continebat ferum folito largius; cor ruberrimum, vafa minima quafi iniecta; fubftantia cordis incraffata, folida; facies interna ruberrima; ubivis fanguis multus, ater, fluidus. Vitium cordis organicum nullum repertum eft. Exinde apparuit carditis, in matris gremio puerum miferum corripiens, qui fecundum obftetricatoris aeque ac ipfius matris fententiam, hebdomades quasdam ultra tempus folitum, utero geftus erat. —

Fragmenta ifta e celeberrimi *Kreyfigii* libro fufficient ad probandam fummam illius dignitatem. —

In parte differtationis altera, mox abhinc edenda, carditidis pathologiam atque therapiam, omni qua potero diligentia, tractabo.

CUR-

CURRICULUM VITAE.

Ego, Guſtavus Ludovicus Hertzberg, Conariae, provinciae Magdeburgicae oppidulo, decimo ante Calendas Februarias anni p. Chr. n. MDCCXCV. natus, maiorem mei hucusque temporis partem, ibi cum parentibus degi. Inde a die mea natali per ſex fere annos nunquam ſecunda mihi contigit valetudo, ſed morborum ſat magnam cohortem perpeſſus, poſt victas tandem variolas tunc temporis malignas, firmiſſima ſemper gaviſus ſum valetudine. Pater Leopoldus Guilielmus Hertzberg, mercator, ad duodecimum fere aetatis annum usque, nullum me adire ludum voluit; mendacia tantummodo, furta, aliasque tales honeſtatis iniurias deteſtanda ſuaſit.

Poſt funeſtam patris dilectiſſimi mortem, mater inde ab initio anni p. Chr. n. MDCCCVII, vernaculae linguae, aeque ac latini Gallicique ſermonis primas me diſcere iuſſit lineas, e Godofredo Auguſto Voglero, ludi Conarienſis popularis tunc temporis rectore doctiſſimo. Quo ex tempore arti medicae incumbendi me arripuerit animus, iam quidem me fugit; quatuordecim vero annos natus, ſcholam in celeberrimo Orphanotropheo

Halenſi adii, quam poſt quatuor fere eosque feliciſſimos in ea peractos annos, maturitatis adeptus teſtimonium, reliqui, ut Medicinae in Alma Fridericiana Halenſi cultoribus adnumerarer. Virorum doctiſſimorum, illuſtriſſimorum, Meckelii, Kaſtneri, Sprengelii praelectionibus vix quum eſſem addictus, belli germanici licet ſanctiſſimi horrores, aeque ac uſurpatoris barbari petulantia, ex hac literarum ſede me expulerunt. Boruſſiae legionibus quamprimum aditus ad eas patuit adnumeratus, armis decem per menſes geſtis, ſat magnam Galliae partem pervagatus, menſe Sextili anni MDCCCXIV. huc redux, ardente amore medicinam denuo amplexus ſum. Exinde virorum doctiſſimorum, illuſtriſſimorum, heic loci docentium praelectionibus continuo interfui. Apud Meckelium celeberrimum anatomiae corporis humani, phyſiologiae, anatomiae uti dicunt pathologicae, phyſiologiae cum anatomia comparata coniunctae, atque exercitationibus anatomicis operam impendi, quas vir ſumme venerandus duas per hiemes moderatus eſt. Viri praenobiliſſimi, celeberrimi, Kaſtnerus chemiam, phyſicam, omnium de rerum natura doctrinarum encyclopaediam, — Germarus mineralogiam et geognoſin, — Sprengelius rem herbariam, — Düfferus bis pharmacologiam formulasque medicas conſcribendi artem, — Hoffbauerus pſychologiam empiricam, Krukenbergius pie colendus pathologiam et therapiam, Friedlaenderus oculorum medicinam, Weinhold operationes chirurgicas inſtituendi artem, me docuerunt.

Exercitationibus clinicis, inde a femeftri aeftivo MDCCCXVI. ad hunc usque diem, praeeunte doctiff. Krukenbergio, omnem quam potui navavi operam. Per nonnullas hebdomades fcholam clinicam chirurgicam adii, ut in chirurgia, quam edifcendi non fatis iucunda hucusque mihi contigit opportunitas, magis magisque proficiam.

Halis Saxonum die XIV. ante Calendas Septembres MDCCCVII.

„Non in humani profecto ingenii acumine ſita eſt ars praeſtantiſſima, quam diligens, accurata et ſagax notatio naturae, atque animadverſio peperit: ſed potius variis cuiusque aetatis doctorum laboribus coacervata ſapientia dicenda eſt, hominumque multorum mens in unam quaſi collecta."

Baglivi, Prax. Med. lib. I. cap. 1.